Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
C
11
NAPOLI

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



DE PLANTIS EXOTICIS

Libri Duo

PROSPERI ALPINI
Phyloſophi, Medici,

In Gymnaſio Patauino medicamentorum ſimplicium Profeſſoris ordinarij, & Horti Medici Præfecti.

Opus Completum, Editum ſtudio, ac opera ALPINI ALPINI Phyloſophi, & Medici, Auctoris filij.

SVPERIORVM PERMISSV, & Priuilegijs.

ILLVSTRISSIMO

NICOLAO CONTARENO HIERONIMI FILIO

Patritio Veneto.

Domino, ac Patrono ſuo Colendiſs.

ALPINVS ALPINVS S. P. D.

PLantarum legitima cognitio, quantum, in arte medica rectè excercẽda, ſit neceſſaria, ęquè, ac delectabilis, tibi Illuſtriſs. viro, de hac re, præ cæteris maximè merito, ac in harum cognitione verſatiſſimo, ignotũ haud eſſe ſcio; ſi quidem ad rectam medicamentorum compoſitionem, & ad idoneum compoſitorum vſum, debet neceſſario pręcedere, ſimplicium eandem ingredientium cognitio, vt de eorũdem viribus iudicium facere poſſimus, quod aſſequi (quis non videt impoſſibile) niſi ſimplicium habebimus cognitionem, extrinſecam non tantum, quæ oculis ſubijcitur, verum & multò magis intrinſecam, ad quam conſequendam odor, & ſapor primario conducunt, vtrique ad primarum,

a 2 &

Digitized by Google

& ſecundarum facultatum indagationem inſeruientes; hi, addatur, naturalis ſimplicium temperies ex loco contracta, vbi oritur quęlibet ſtirps, ideam nobis talem, conſtituens, vt hanc perſpectam, de ipſarum qualitatibus, aliquid continuò affirmare poſſimus, ſi paluſtris enim planta (quis ibit inficias) quamuis in actiuis calida reſpectù alterius montanæ calidæ itidem, multò minorem vim in illa, quam in hac, excalfacientem, a natura inſitam eſſe, quod non ſolum de actiuis facultatibus verificatur, verum idem de paſſiuis, ab humiditate enim connaturali loci paluſtris, dum ibi planta oritur, conſtituitur talis eidem temperies, vt ſemper ſiccitas (ſi plantæ inſit) ſic refringatur a patrio ſolo naturaliter humido; vt in eiſdem paſſiuis ſit multò inferior altera, trahente originem ex ſicciore loco, quam tamen plantarum temperiem non poſſumus aſſequi, niſi primum quo nomine planta donetur, diſcamus, ad cuius notitiam conſequitur cupiditas indagandi locum, vbi viuit, mox ſi odorata, vel non, & ſi odorata ſi benè, vel male oleat, deinde ſi amara, acris, dulcis, inſipida, acida, & ſic ex conſequenti omnium, non ſolum extrinſecus, verum etiam intrinſecus conſtituentium formam, & realem quidditatem plantarum, à qua qualitates, à quibus vires, & vſus in medicina nanciſcũtur; Quis quæſo in medicamentorum compoſitione propoſitis intentionibus ſatisfaciet, cum accidat ſæpè ſæpius contrarias eſſe indicationes, pro varietate materiæ morbificæ, ſi oporteat calida frigidis admiſcere cum ratione tamen, vt calida facultas à frigiditate alterius non obtundatur, & frigiditas eiuſdem in toto à calore non diſſipetur, & hæc & illa ſecundum intentiones reſpondeat, addendo tamen, quod poſſit immodicum illius calorem, minuere; quomodo hæc perficientur, niſi ſimpliciũ facultates optimè calleat,

leat,& quis verè medicus, niſi hàs optimè poſſideat; Quid? nonnè medicamentum quodlibet debet habere (loquor de compoſitis) tria, vnum quod habeat rationem baſis, corrigentis, aliud, adiuuãtis tertium, quomodo igitur eligemus, ſi neceſſe fuerit medicamẽtum exſiccans, ſi exſiccare ſalſam pænitus ignorauerimus? vel ſi ſolum relatione hoc percepe rimus, qua ſecuritate hac vtemur? niſi per rationẽ, aut per experientiam, aut propter vtrumque quod eſt (omnium tutiſſimum) eiuſdem effectum perſuaſi erimus: ſi in hac igitur animus operantis eſt ambiguus, non callens eius qualitatẽ ratione, aut experientia, (cum tamen ſalſa omnis, quæ ad vſum, hic defertur, tota ex eodem cælo colligatur) quanto magis nos debebit alterare plãtarum vſus, cum neſcierimus exactè qualitates, cum eadem planta non ſolum ob ambien tem calidiorem, vel frigidiorem, ob cęli mutationem factã qualitatibus ſit diuerſa, ſed à terra plantarum matre, tanta & talis ſuccedat eiuſdem naturalis temperici mutatio, vt nuperrimè dixerimus, ab ipſa omnino ferè pẽdere qualitates plantarum, mediante tamen Sole agente tanquam eius patre, ſtirpes enim omnes à Sole, & à terra trahunt, & formam & qualitates, ſuppoſito ſemine, à quo habent latẽtem quandam vim, ſibi ſimile generandi: Abſinthium quis negabit, quamuis calidum maiorem nanciſci caliditatem, ſi ex ſterili & macro ſolo ortum traxerit, minorẽ ſi in locis frigidis, humiditate refertis, indifferenter tamen abſinthio vtentur, vtpotè calido ad omnes morbos frigidos in eodem exceſſu, cum tamen ſemper ob diuerſitatem ſui ortus, ſit vel magis vel minus calidum, & ſic ex conſequenti ſæpius accidit, vt vicè iuuandi patientem, vel hoc non aſſequantur ob debilitatem agẽtis medicamenti, vel potius ob validiorem eius vim de morbo frigido introducant calidum, ſic & pari

ratione:

ratione quomodo eligemus adiuuans, & corrigens, ſi cum debemus corrigere frigiditatem impēſam medicamenti neſciemus quale medicamentum moderatè calidum addere, vt aliquantulum medicamenti frigidiſſimi vis refringatur, ſic tamen vt ſecundum intentionem propoſitam operetur, ne frigiditas ex toto aboleatur; ſic & de adiuuantibus, ſi enim volumus addere aliquid quod inſeruiat pro vehiculo medicamēti ad partes penitiores, hoc autem eligere debeamus tenuium partium, quomodo hoc accipiemus, ignorantes, illud, vel hoc medcamentum, id præſtare, & qua facultate. His ſic ſtantibus, quis non affirmabit, ſimplicium cognitionem medico eſſe neceſſariam, non ſolum vt facultates ſimplicium medicamentorum optimè cognoſcat ad eorundem rectum in medicina vſum, ſed etiam vt tutò, citò, & feliciter operetur, ad ægrorum ſalutem, & ad exiſtimationem, & vtilitatem ſibi comparandam. Quid dicam ſecundario de iucunditate imperceptibili, quam conſequitur plantarum cognitio, nonne quiſque dum in ſuo horto varias conſpicit plantarum imagines, quamuis animus ſit grauioribus curis implicitus, nonnè ità diſtrahitur, vt omnium obliuiſcatur, & ſolum circa contemplationem harum verſetur, obſeruat in ſpecie Acacias, balſamos, caſſias, in ſuo horto vireſcere, quamuis in ſolo diuerſo à ſuo naturali & patrio, ſic ſummoperè gaudet, In genere videt omnes ſtirpes, frutices, arbuſculos, arbores ita ſe bene habere, ſe in multos propagare, vt putet ſe ſupra alios copioſiſſimū fore, ſicquequadam aura ambitionis (digna tamen) valdè lætatur, Si conſpicit in vniuerſum florum varietates (non ſolum bulbaceorum verum & iam iam propoſitorū) copiam, pulchritudinem, eximiam magnitudinem, (reſpectu aliorum eiuſdem tamen ſpeciei,) ita oculus eximia voluptate perfruitur

fruitur

fruitur, ita animus iubilat, vt ſit impoſſibile ſic lætantem animum verbis deſcribere; Quid amplius? hæc omnia tibi Illuſtriſſimo viro ſunt perſpectiſſima in plantarum cognitione nemini ſecundo, talis enim ac tanta eſt in te excellentia vt audeam hoſce patris mei labores, ſub vmbra protectionis tuæ in lucem promulgare, certus non ſolum te hos eſſe amplexandos, ea qua ſoles benignitate, verũ etſi oportuerit, ipſos a detractorum calumnijs defendẽdos eſſe, haud dubitans. Paruum igitur hoc munus tibi ſacratum, dicatum accipe ad memoriam debitorum patris, & in ſignum me tibi omnia debere, meritò non ſolum beneficiorum à patre acceptorum, cuius cum ſin hæres obligationis etiam hæres, verum in me eorundem multiplicitate, quæ in dies magis, atque magis ita augẽtur, vt beneficiorum acceptorum confuſione neſciam pares tibi reddere gratias, quod cum mihi videatur impoſſibile, animum, qui omnia poteſt, tibi deuinctiſſimum offero. Vale.

Venetijs Anno Salutis 1627.

PRO-

PROSPER ALPINVS AD LECTOREM.

CVm per plures annos in quibus Patauij & in Gymnaſio Patauino, & in horto medico ordinariè docui ſimplicia medicamēta ipſorumq; vires atq; vſus medicos, ex varijs locis ab amicis multis cōplures ſtirpes, raras viſuque dignas acceperim præſertimque ex Creta inſula a Hieronimo Capello, Senatore, & ampliſſimo & optimo viro ſanè, in omni diſciplinarũ genere adprimè erudito, maximèque in ſtirpium cognitione exercitato D. D. meo plurimis nominibus colendiſſimo: Cuius profectò mortem (obijt enim in Creta inſula Prouiſor Generalis) ego non abſque multis lachrymis ferre potui, quam, omnes ſtirpium, qui rariorum exoticarum cognitione oblectantur, egerrimè ferrent, quod vir quidem nobiliſſimus humaniſſimusque hic perierit, qui omnibus medicinæ ſtudioſis, atque ijs non minus, qui amęnis viridarijs, rarioribusque plantis delectãtur, ſumma liberalitate ſemper & Biſantio, quo tempore fuit legatus ad Turcarum regem pro Sereniſsimo Dominio Veneto, & Creta, innumeras rarioreſque plantas mittebat, Ego enim magnam partem Exoticarũ plantarum, quas hactenus videre habereque potui, tanti Senatoris optimi, patronique mei maximè excolendi, liberalitati, acceptum referre debeo, à quo longè plures accepiſſem, ni mors eum vita priuaſſet, inter alios, qui eo auctore ac fautore innumeras plantas eaſque & raras & pulcherrimas in ea Inſula

videre,

Digitized by Google

videre, & habere potuit, fuit olim, Ioſeph Caſa bona Magni Ducis Etruriæ, horti Piſani Præfectus virque in ſimplicium medicamẽtorum ſtudio maximè verſatus, qui in Cretam Inſulam tanti Senatoris ex munificentia profectus, totam eam inſulam peragratus innumeras plantas abiens ſecum in Italiam reportauit, quibus Piſanum hortum mirum in modum locupletauit atque exornauit, quarum (vt audio) nunc magna pars adhuc ſuperſit, diligentia Reuerendi fratris Franciſcani Franciſci Malochij horti illius præſidis. Ex Aegypto etiam olim à Reuerendo Presbitero Palmerio Anconitano, qui à ſecretis Illuſtriſsimorum Conſulum Venetorum, poſt meum diſceſſum multos annos Cairi manſit, atque à Dominico à Rege chyrurgo, & pharmacopæo Veneto, & ab alijs multis amicis variarum ſtirpium ſemina, à quibus terræ commiſſis plures plantas vidimus. Ex Gallia vero, & ex Anglia ab amicis ſæpe complura nobilium plãtarum ſemina accepi, præſertim ab Excellentiſsimo philoſopho atque Medico Ioanne Moro, olim meo auditori, & amico obſeruãdo; Ex Italiæ etiam multis locis frequentiſsimèque Napoli, à perilluſtri, & in rerum Naturalium hiſtoria doctiſsimo viro Ferrando Imperato, cui plures profectò plantas raras acceptas refero. Verona vero à doctiſsimo in ſimplicium medicamentorum omnium ſtudio maxime verſato Ioanne Pona amico plurimum colendo; Sed quid tandem dicam de Illuſtriſsimo viro Patritio Veneto Nicolao Contareno, quem poſtea cognoui à cuius liberalitate nobiliſsimarum ſtirpium exoticarum & ſemina, & plãtas ipſas per quam raras perbellè etiam quaſdam delineatas, ſæpiſsimè accipio, quibus hæc mea exoticarum plantarum hiſtoria non parum ornamenti accepit. Habet hortum propè oppidum Campi Sancti Petri in quo plantæ & peregrinæ & ex proximis alpibus quam in aliquo alio horto rariores, & pul-

b *chriores*

chriores viſuntur, & hoc vnum libens dicam alterum Capellum (cuius nunc meminimus) ipſum in ſtirpium cognitione euaſurum. At quid etiam dicam de noſtris ijs proximis montibus? præſertimque Tridentinis, Bellunenſibus, Feltrenſibus, Tauriſinis, Baſſanenſibus, atque de Vicentinis? An non exindè ſtirpes ſæpè accepimus pulcherrimas? dignas profectò, vt in cultioribus hortis ſummo ſtudio, & cuſtodiantur, & viuant. Itaque cum (vt dixi) ex multis locis, multas exoticas plantas amicorum multorum liberalitate varijs temporibus acceperim, iucundiſsimum, vtiliſsimumque, medicinæ ſtudioſis, atque alijs qui rariorum plantarum ſtudio delectantur forè exiſtimaui ſi haſcè omnes in hoc opere ſcribendo complecterer, atque de ijs accuratius agerem.

Patauij Anno Salutis 1614. *Vigeſimatertia Menſis Martij.*

ALPI.

ALPINVS ALPINVS
BENIGNO LECTORI.

HOſce labores, in præſenti ſolum in lucem editos benigno vultu accipito, Candide Lector, prius enim grauioribus curis implicitus, numquam potui, ad quandam ordinis perfectionem eoſdem perducere; præterquam, quod & deerant quædam ſtirpes delineandæ, quas temporis progreſsù, opportunitate inuenta, propria mea manu delineatas adiunxi, vt opus eſſet omnibus numeris (ab auctore ſtatutis) abſolutum; Nunc interim legas, ea vultus hilaritate, qua animi ardenti promptitudine, auctor pro tui delectatione, vtilitateque has omnes ſtirpes deſcripſit, & delineandas curauit; Sciens ſatis eum feciſſe, qui fecit quod potuit. Valeas

Venetijs Anno Salutis 1627. Menſis vero Iulij die *6*.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM

Quæ in libris Proſperi Alpini de Plantis Exoticis continent

CAPITA LIBRI PRIMI.

DE Lauro ſylueſtri Cretica. Cap. 1.	num. 1
De Cerafo Idea. 2	3
De Chamecerafo Idea. 3	5
De Adrachni ſeu Portulaca Theoph.	7
De Acere Cretica. 5	9
De Acacia Secunda. 6	11
De Aſpalatho ſecundo. 7	13
De Echinopoda. 8	15
De Colutea Scorpioide odorata. 9	17
De Lino Arboreo. 10	19
De Lycio Cretico. 11	21
De Spartio Cretico. 12	24
De Spartio Spinoſo. 13	27
De Spartio ſpinoſo altero. 14	29
De Cyano arboreſcente longifolia. 15	31
De Cyano altera arboreſcente, ſtiracis folio. 1	33
De Scabioſa Arborea. 17	35
De Leucoio ſpinoſo Cruciato. 18	37
De Caryophillo arboreo ſylueſtri. 19	39
De Caſſia latinorum. 20	41
De Chamedaphnoide Cretica. 21	44
De Poterio. 22	47
De Poterio altero denſius ramificato. 23	51
De Tragacantha. 24	53
De Tragacantha altera. 25	55
De Echino. 26	57
De Tragacantha quarta. 27	59
De Scamonea Macroriza. 28	61

De

INDEX

De Tithymalo Arboreo.29	63
De Tithymalo Cypariſſio.30	65
De Phyllitide ramoſa.31	67
De Anchuſa arborea.32	69
De Solano ſomnifero antiquorum.33	71
De Dorycnio.34	74
De Chamepeuce.35	77
De Tragorigano.36	79
De Thymbra 37	81
De Stratiote millefolia Cretica.38	84
De Gaidaro Thimo.39	87
De Ladano Cretico.40	89
De Chameciſto.41	93
De Pſeudo ciſto ledo.42	95
De Pſeudo ciſto ledo altero.43	97
De Hyoſciamo aureo.44	99
De Roſmarino ſtæcadis facie.45	103
De Arundine graminea aculeata.46	105
De Thlaſpi Cretico clipeato cretenſe.47	107
De Verbaſculo ſaluifolio.48	109
De Rubea arboreſcente.49	111
De Hormino Cretico.50	113
De Leontopodio.51	115
De Argentea.52	117
De Leucoio luteo vtriculato ſemine.53	119
De Leucoio Caru.eo marino.54	121
De Verbaſculo ſylu.Cretico.55	123
De Carduo pinea Theoph.56	126
De Echio Cretico.57	130
De Nardo Montana Cretica.58	133
De Viſcaria Maxima Cretica.59	136
De Anchuſa humili.60	139
De Equiſeto Montano Cretico.61	141
De Marrubio nigro Cretico.62	143
De Saxiphraga.63	145
De Polio Gnaphaloide.64	147
De Santulina flore amplo.65	149
De Holoſte.66	151

De

De Eryngio Trifolia.67 153
De Dauco ſtellato.68 155
De Anthyllide.69 157
De Carduo Eryngioide capite ſpinoſo.70 159
De Cyano tomentoſo.71 161
De Cyano ſpinoſo.72 163
De Melanthio odorato.73 165
De Galio Montano Cretico.74 167
De Spica trifolia.75 169
De altera figura ſpicæ trifolia.76 171
De aſciroide.77 173
De Cnico ſingulari.78 175

CAPITA LIBRI SECVNDI.

DE quibus plantis agendum in ſecundo libro.Cap.1 num.177
De Liguſtro Nigro.2 178
De Datura Contarena.3 182
De Conuolulo Arabico.4 185
De Rhapontico.5 188
De Hyoſciamo albo Aegyptio.6 193
De Caſſabel Darrirà.7 195
De Bammia Moſchata,vel Moſch.8 197
De Hippomaratro ſpherocephalo.9 199
De Braſſica ſpinoſa.10 201
De Sideriti ſambuci folio.11 203
De Scabioſa Centauroide.12 205
De Linaria ſemper virente.13 207
De Boragine Echioide.14 209
De Laſerpitio.15 211
De Loto Aegyptia.16 215
De Colocaſſia Macroriza,ideſt longæ radicis 17 231
De Colocaſſia ſtrogyloriza ideſt rotundæ radicis.18 237
De Sinapi Marino Aegyptio.19 251
De Maru Aegyptiorum.20 253
De Carduo minimo.21 255
De Hyſſopo Græcorum.22 257
De Nigella alba ſimplici flore. 23 261

De

INDEX

De Ranunculo Cretico Echinato.24	263
De Clinopodio Cretico.C.25	265
De Rubea Argentea Cretica.26	267
De Trifolio Corn culato Cretico.27	269
De Trifolio Falcato.28	257
De Meliloto Cretico.29	273
De Trifolio Veſicaria.30	275
De Scorzonera Illirica.31	277
De Ebeno Cretica.32	279
De Iacea Maxima.33	282
De Scordoti.34	284
De Stæbe Plantaginis folio.35	287
De Marù Cretico.36	289
De Saxiphraga altera.37	292
De Galio Montano altero.38	294
De Canapi lutea Cretica.39	296
De Tythimalo ſpinoſo.40	307
De Oenanthe ſtellata Cretica.41	305
De Trifolio Clipeato argenteo.42	307
De Caucalide Luſitanica.43	309
De Echio flore eleganti.44	311
De Iacea Hiſpanica.45	313
De Hedyſaro argenteo.46	315
De Marrubio Hiſpanico.47	217
De Siſo.48	319
De Buphtalmo peregrino.49	321
De Quinque folio ſiliquoſo.50	323
De Hyoſciamo Virginiano.51	325
De Bellide ſpinoſa.52	327
De Meo Alexiterio.53	329
De Glauce.56	326
De Campanula pyramidali minore.57	339
De Rapunculo Petreo.58	342

FINIS.

Lauro Syluestri Cretica.



PROSP.

Digitized by Google

PROSPERI ALPINI DE PLANTIS EXOTICIS.

Liber Primus.

De Lauro Syluestri Cretica. Cap. I.

ARbor naſcitur in montanis Cretæ inſulę pumila, fruticoſa, ferens virgas oblongas, graciles, nigro Cortice obductas, denſis veluti nodulis inæqualiter vtrinque, & in medio poſitis, infectas, ligno albo, duro, ferèque guſtù inſipido præditus, vtrinque ramulos producentes breues, virgis planè ſimiles, at graciliores, in quorum cacuminibus ſpectantur folia Lauri Syluestris figura, colore, craſſitie, atq; duritie, ſimilia, ſed paulò minora, in acutumq; deſinentia, pediculis breuibus inhęrentia, numero quinque, aut ſex, aut plura etiam ſimul in ramulorũ cymis inordinatim poſita, ferè omnino inodora, linguam excalefacientia, cum leui adſtrictione. Singuli vero ramuli habent vnũ, aut duos, aut tres breuiſſimos cauliculos, ſubtiles, duros, lignoſos, tribus, vel quinque pediculis paruiſſimis, prędiros, ſingulis fructum rotundũ ferentibus, piperis magnitudine, in tres partes latyridis modo diſectum, cortice tenui, ruffo, veſtitum, cuius quælibet pars continet ſemen albicans, oblongum, magnitudine, & figura tritico valde ſimile, ſubſtãtia fragili, non expers odoris grauis, guſtù amareſcẽs, atque linguam excalfaciens. Fructus quilibet, tria ex his ſeminibus continebat, & fructibus latyridis, figura, & magnitudine non diſſimilis erat. Hãc arborem, (quod & virgarum figura, longitudine, gracilitate, coloreque, & folijs, & quadantenus etiam fructibus, cum lauro tino ſimilitudinem haberet) laurum tinum, ſeu ſyluestrem, meritò vocandũ, duximus: quod nomen retinebimus, quoad veriùs nobis illuxerit. Nulli vſus ad Medicinam in hac arbore cogniti ſunt, fructus tamen & ſapore ſub amareſcente, linguãque excalfaciente, & ex leui aſtrictione, erunt calidi atque ſicci ſupra primum exceſſum, iudicandi, habereque ipſos vim roborandi, detergẽdi, atq; meatus ab infarctù, liberandi, non erit dubitandum.

Digitized by Google

Cerasus Idea.



Naſcitur

Digitized by Google

De Ceraſo Idea. Cap. II.

NAſcitur in Ida Monte Cretæ inſulæ, arbor frutico-ſa, cuius ramos plures exinde accepimus, quę habet, virgas graciles, nigras, rotundas, Ligno duro albo, inodoro, linguam ſubexcal faciente, in quibus non æqualibus ſpatijs, exeunt folia oblonga in rotundum inclinantia, nigreſcentia, dura, circumcrenata, intus fulueſcentia, exteriùs candicantia, Agrifolij folijs quadantenus, & magnitudine, & figura ſimilia, ſed minus dura, aut bina ſimul, aut trina, aut quaterna ſuis petiolis inhærentia, ſurſum acta. E quibus pediculi longi, in plures alios quippè in ſeptem, vel in nouem, vel in plures etiam diuiſi exeunt, in quorum apicibus flores albi (vt audiuimus) Ceraſis ſimiles fiunt, à quibus fructus parui, oblongi, cum matureſcunt rubeſcentes, & ſiccati nigreſcentes, fabę magnitudine, guſtui ſuaues, (ſed ſiccati duri, lignoſique euadunt) ſinguli ſingulis pediculis ſuccedunt. In horum verò extremo, veluti vmbilicus cernitur, quadam alba lanugine tomentoſa obductus. Hi fructus corymborum modo, decem vſque ſimul ſuis longis pediculis coniuncti ſpectantur. Nobis viſum eſt, hanc ſtirpē, ad Ceraſum Theophraſti, nō parum accedere; Inde nos haud iniuria, Ceraſum Ideam nominandam duximus, quod in Monte Ida familiariùs naſcatur. Fortaſsè erit Agriomelta Petri Bellonij, quam in Cretæ montibus ſe offendiſſe ſcribit: quamquam à Græcis Codomalcs appellari ſubdidit. Itaque hanc arborem Ceraſum Ideam vocauimus Agrifolij folio, & quod Ceraſo ſimilis viſa ſit in multis, & quod in Ida naſcatur, & quod folia habeat Agrifolij folio, ſimilia, hoc excepto quoniam ſunt Agrifolio minus dura, minuſq; aculeata. De iſtius arboris vſibus, vel etiam ad medendum nihil certi accepimus.

In 1. lib. itin. obſer. ca. 17.

Digitized by Google

Chameceraſus Idea.



Altera

Digitized by Google

De Chamæceraſo Idea. Cap. III.

ALtera in Idæ Monte arbor naſcitur longè humilior ac fruticoſior Ceraſo Ideæ proxima, ramis gracilioribus, breuioribus, colore Ceraſi Ideæ, in quibus eodem modo, quo in Ceraſo, folia exeunt inordinatis interuallis ad rotundum inclinantia, parum in extremis crenata ſimul ſuis petiolis, aut terna, aut quaterna, aut quina adhærentia, ſurſum acta, Ideæ ceraſi folijs minora, ſubtiliora, minus dura, non ita crenata, neq. intus ita fulua, & exteriùs non ita albicantia. Cum ipſis ſimul exeunt frequentes pediculi ſubtiles, in plures alios diuiſi, flores ferè racematim in Cacuminibus habentes, quibus fructus Ideæ Ceraſi fructibus ſimiles, parui, rotundi, rubri in nigrum inclinantes, in extremo quidquiam tomentoſi albi habentes, minores tamen, mirti fructibus, & magnitudine, & figura proximi, ex ijs non dubitauimus hanc quoq. ſtirpem Chamæceraſum Ideæ nominare, quod priori ſimilis ſit, & quod in Ida Monte & ipſa proueniat. Fructuſq. maturi vt Ceraſa à paſtoribus eduntur. Hæc fortaſsè planta erit Myrtomelis à Geſnero vocata, atque vitis Idea, quam C. Cluſius pro viti Idea tertia in 1. libro rariorum plantarum, propoſuit. At nullis notis ad vitem Ideam quam expreſſit Theopraſtus accedere videtur. Ramos compluresaccepimus ab amico ex Creta, qui ſcripſit eſſe paruam, pumilamuè arborem Ceraſo ſimilem in Monte Ideo naſcentem, fructuſq. eſſe eſculentos, & ijs paſtores libentiùs veſci. De vſibus verò ad medicinam nihil nos deprehendimus.

Cap. 40.

In lib. 3. de hiſt. plant. ca. 17.

Adrachni,

Adrachni, ſeu Portulaca Theophraſti.



Propor-


Digitized by Google

De Adrachni, ſiue Portulaca Theophraſti. *Cap. IV.*

PRo portulaca arbore ramus ad me miſſus eſt ſine floribus atq; ſine fructibus, folijs denſis, circumquaque ſtipatis, ob longis, extremis in acutum definentibus, perpetuò virentibus quorum ſuperius folia in germine poſita arbuto ſimilia ſunt, licet latiora, inferius verò adnata longe latiora apparent, vnde in rotunditatem etiam vertuntur, hæc interna parte nigreſcunt, externa albicant, carnoſa ſunt, & dura, duris longiſq; & craſſis pediculis inhærentia ſurſum acta non ſerrata. Ramus vero hiſce folijs præditus ac vndique ſtipatus cubito longus eſt, digiti minoris craſſitie, cuius cortex cum læuore ruber, ac ſplendet, perinde ac coralij, quaſi ramus eſſe videatur, perpetuaq. fronde eſt. Lignum verò colore albicat, durum, alicuius coloris obſcuriſſimi non expers, & obſcurè ſubcaleſaciens linguam. Non dubito arborem eſſe Adrachnim, ſiuè Portulacam Theophraſti (quam arborem Petrus Bellonius in Syria offendit) præſertimque cum folia ſint arbuto, ſimilia, audierimq. ferre fructum arbuti. Carolus Cluſius in 1. libro Cap. 31. rariorum plantarũ hiſtoriæ ex Honorio Bello expreſſit iconem habentem etiam fructus arbuto ſimiles, at non potui non mirari in ea imagine ramum fructus habentem, & folijs nimis rarum videri, & folia etiam aliquantum arbuti folio diſſimilia, quæ fortaſſe in ramis fructus habẽtibus, ita mutari oportebit. De Adrachni Plinius ſcribit, habere folia arbuti, atq. fructum, vnde hic noſter ramus poterit eſſe Adrachnis, ſiue Portulaca.

Acere

Acer Cretica.



Plantam

Digitized by Google

De Acere Cretica. Cap. V.

PLantam accepi cubitalem, quæ folia habebat hederæ helicis tenuia mollia, dilutè vireſcentia pediculis, longis, ſubtilibus, inhærentia, quæ in cymis caulium vtrinq. à breui caudice craſſo, rotundo, viridi colore rubeſcente ad ſummum numero quatuor ſpectātur ſimul ferè copulata. Internum vnicum folium cum ſuo longo pediculo viſitur, aliquando geminum ſimul, geminis pediculis aliquando tria, atq. ad ſummum, vt dictum eſt quatuor. Caudex ramiq. omnes pilis albis infecti ſunt. Radice nititur breui, tenui, & tota planta cum caudicibus, & ramis molli ſubſtantia conſtat, totaq. inodora atq. inſipida viſa eſt: eam ſine floribus & fructibus accepimus, nihilominus, vt coniecimus, hæc arbor ad acerem accedere videtur, atq. ad eã præſertim, quam Dalecampius Monſpelienſem appellauit, de qua ita habet. Acer Monſpelienſe, arbor eſt mediocriter procera, ramis ſatis explicatis, cortice quodam modo purpuraſcẽte, folio aceri vulgari, ſimili, in tres tantum cuſpides ſiue angulos diuiſo, craſſo, venoſo, ex longo pediculo pendente paribus interuallis vtrinque ſito fructu gemino, membranulis duabus cohærentibus, alis muſcarum ſimilibus, procul dubio crediderim deſcriptam à nobis hanc arborem ad acer Monſpelienſe accedere. At eſſe ex recenter nactis. Hoc vnum eſt, hanc naſci in Montanis illiuſce Inſulæ, quam etiam citra nomen, amicus ad nos miſerat. Nullum vſum habere ad medicinam deprehendi. Tota planta præter modicam aſtrictionem ferè ex toto inſipida eſt, atq. inodora.

In lib. I. hiſt. omnium plant. c. 28.

Acacia ſecunda.



Naſcitur

Digitized by Google

De Acacia ſecunda. Cap. VI.

NAſcitur in Creta Inſula, in Zacyntho, atque in aliis locis Orientis, plāta, quæ, Acaciam ſecundam Dioſcoridis, nullis reclamantibus notis, refert. Eſt enim hæc, frutex arboreſcens, tricubitalis, & amplior, caule recto, longo, non multum craſſo, cortice læui, viridis coloris ſaturati, ſpinis multis, vt in aſpalatho ſecundo, ſed rarioribus, vtrinque armato. Etenim ſpinæ ex caudice longæ, duræ rectę procedunt, rutæ foliis ternis ſimul poſitis contectæ; ramuli verò ex caudice ſurſum feruntur, cum foliis, floribus, & paruis filiquis, ſemina parua, rotunda, lata, dura, flaueſcentia, continentibus geniſtæ ſimilibus. Radix radici aſpalathi ſimilis exiſtit. Etſi hæc planta in multis, cum Aſpalatho ſecundo conuenire videatur, tamen ab ipſo, ſpecie, diſtinguitur. Namq. Aſpalathus ſpinis horret denſioribus, durioribus, albicantibus nudis foliis, Acacia vero ſpinas habet rariores, foliis veſtitas. Rurſus in aſpalatho folia, flores, & ſiliquæ, acaciæ ſecundæ folijs, floribus, atq. ſiliquis ſimiles cernuntur, quæ tamen omnia in acacia longè maiora apparent, totaq. planta ligno conſtat molliori, & magis fragili, quam in aſpalatho, cum eius lignū durum ſit, neutiquamq. fragile. Folia, & ſiliquæ acaciæ refrigerant, ſiccant, cum non læui adſtrictione, quibus eoſdem vſus in medicina habuit, quos de prima acacia Dioſcorides expreſſit, ſcilicet ad repellendum atq. ad cohibendum, quodcūque profluuium, vel ſanguinis, vel excrementorum ſit, ſunt tamen acacia prima longe inefficaciora. Itaque ad fluxum ſanguinis ex naribus firmandū, ſuccus foliorum, & ſiliquarū viridium fronti, & temporibus adhibitus, vel intra nares inditus, maximè valet, & ad ſputum ſanguinis, & ad dyſenteriam, ad menſiumq. abundantiam cohibendam, vel per os aſſumptus, vel clyſteribus, & peſſariis in pudendum inditis.

B 2 Aſpa-

Digitized by Google

Aſpalathus ſecundus.



Nosalias

Digitized by Google

De Aſpalatho ſecundo. *Cap. VII.*

NOs aliàs vidimus in loco propè Cretam ciuitatem Fraſchia vocato, penes portum, complures aſpalathi ſecũdi ſtirpes, ſponte natas, bicubitales, quæ ramis, nõ vt in fruticibus, ſed vt in arboribus lignoſis duris, denſis, ſpinis albis, duris, crebris, dẽſiſuè armatis, cõſtabant, lignũ eſt album duriſſimum, & in medio nigreſcit, odoris dum recens, expers. Flores fert luteos geniſtæ ſimiles, ſed minores, ſuauiter eminus olentes. Etenim eminus flante vento odoris fragrantia ſentitur, floribus ſuccedunt exiguæ ſiliquæ, geniſtæ vulgaris haud diſſimiles, at longè minores, in quibus tria quatuoruè ſemina parua, acaciæ proxima ſed multò minora, folia verò paruiſſima terna ſimul vni loco in ramis adhærentia: Hæc planta nititur radice craſſa, longa, brachiata, dura, dum recens eſt, quippè quoad ſiccatur minimè ſuauiter olens, etſi vel etiam ſiccata obſcurum ſuffito odorem reſpiret, ſapore inſipida. De hac planta Dioſcorides ita habet: Aſpalathus frutex eſt ſurculoſus, multis ſpinis horrens. Optimus eſt grauis, detracto cortice rubeſcens, aut in purpuram vergens, odoratus, guſtatù amarus, eſt & alterum genus candidum lignoſum ſine odore quod deterius habetur: Quibus non videtur dubitandum aſpalathi à nobis deſcriptam plantam eſſe ſecundum aſpalathum Dioſcoridis. Ex ſeminibus è Creta delatis hæc planta nata eſt, quæ in locis calidis per hyemem à frigore cuſtodita, multos annos vixit, qualem nos olim apud Horatium Bembum ſtirpium rariorum egregiè ſtudioſum & eruditum Patauij in horto eiuſdem, vidiſſe meminimus. Iſtius plantæ, lignũ maximèq. radicis modicè calidum eſt, quod ex læuiſſimo ipſius amarore coniicitur, ſiccum verò ſupra primum exceſſum, cum læui adſtrictione. Quibus præcipuus vſus erit ad partes corporis roborandas, atq. ad fluxiones cohibendas. Quod præſtabit puluis ad drachmam ex vino auſtero epotus, vel decoctum per os aſſumptum, Ad vlcera quoq. oris, & partium genitalium ſiccanda, puluis inſperſus efficaciter præſtabit.

In 1. de mat. me. cap. 23.

Echi-

Digitized by Google

Echinopoda.



Echino

De Echinopoda. *Cap. VIII.*

ECHinopoda Grecis vocata planta frutex eſt, ſpinoſus, cubitalis,& amplior,multis ſurculis ab vna radice proficiſcentibus,refertus;duris & lignoſis; colore flaueſcentibus, & ſiccatis albicantibus, folijs planè carens perpetuò tempore, ſpinas multas longas virgæ habent, ſeu ramulos ſpinarum inſtar, & figuræ, qui quoad planta viuit non duri ſunt, ea vero mortua, iidem ſurculi indurantur,& acutæ duræq. ſpinæ euadunt, quæ æqualibus ferè ſpaciis trinæ in ordine in ramis ſimul apparent, plures acutos triangulos, facientes. Planta tota ſiccata albicat, lignoſa, dura, quadantenus aſpalatho ſecundo ſimilis, at eius ſpinæ ſunt multò plures,longiores ſurſum ferè ex toto actæ, Flores fert paruulos luteos, aſphalathi flores æmulantes, ſed tamen minores,quibus ſuccedunt techæ paruulæ,figura,triangulæ, quam exigua ſemina continentes. Mirum eſt Honorium Bellum Vicentinum,virum alioquin eruditum,ſcripſiſſe ad Carolum Cluſium, vti ex ipſius epiſtolis ad ipſum ſcriptis conſtat;hanc plantam flores ferre copioſiſſimos, cum eam pauciſſimos producere ſingulis annis viderimus, in aliquibus plantis quæ mihi multos annos vixerunt. Neque Petrus Belonius qui hanc plantam aſpalatho ſecundo quadantenùs ſimilem fecerit videtur reprehendendus, cum ipſa & ſpinis, & floribus,& ſiliquis atq. toto frutice, ac ligno ab eo aſpalatho non videatur diſſimilis. Aliqui exiſtimarunt ipſam quod folijs careat, & floribus, & ſiliquis ad ſpartium Dioſcoridis accedere,eòq. magis,quoniam viuens,eius ſurculi ſint tractabiles. Quod an ſit verum nollo in præſentia deliberare, aliis lubens iudicium remittens. Naſcitur hæc planta in Creta inſula, non in montanis, quia frigora non patitur: Vnde apud nos ex ſeminibus orta hyeme ni in calidis locis à frigore tueatur, exareſcit. Lignum aliquantulum amareſcit non abſque odore etiam grato,quibus, hominibus amicam eſſe, coniicitur, viribus atq. vſibus ad medicinam ab aſpalatho ſecundo non differens.

Colu-

Colutea Scorpioide odorata.



Pulche-r

Digitized by Google

De Colutea Scorpioide odorata. *Cap. IX.*

PVlcherrimus frutex naſcitur, & hic in Creta Inſula totus argenteo colore, qui creſcit cubitali altitudine, & ampliori, folia fert, flores, atq. ſiliquas vulgaris Coluteæ Scorpioidis, ſed in hoc differunt quod foliola in extremo latiora ſunt, pediculuſque vndecim foliis conſtat, quippè quinque vtrinq. atq. vnò in pediculi extremo, quæ in extremo ſunt latiora, & coloris quidem argentei: Flores verò etſi colore & figura, ſimiles videantur floribus Coluteæ vulgaris; nihilominus differunt, quia creticæ, odorati ſunt, atq. illius fætent, ſiliquæ verò & albæ, & minores ſunt. Nonnulli ſiliquis ſiue melius tribuunt facultatem purgatoriam, præſertimq. vomitoriam. De qua facultate quicquã certi non habeo. Vere ineunte hæc planta flores fert, & toto menſe Maio ſiliquę matureſcunt. Stirps eſt frigoris impatiẽs vnde egerrimè hyeme viuit in Italia, niſi ſumma cura cuſtodiatur in locis calidis. Flores ſunt odorati, digerentes cum lęui adſtrictione, vnde non errarent qui meliloti loco iis ad medicinę vſum vterentur. Hanc plantam ſępè nobis ex ſeminibus è Creta delatis natam habuimus, & multos annos cuſtodiuimus, quæ & floruit, & probè ſiliquas produxit, quæ etiã perfectè maturuerunt, itaut ſemina perfectiſſima fierent.

Digitized by Google

Linum Arboreum.



Ramum


Digitized by Google

De Lino Arboreo. Cap. X.

RAmum plantæ Creticæ pro Lino Arboreo accepi, eo nomine forſitan ita vocatum, à floribus, fructibus, atq. ſeminibus, quæ ſimilia ſunt Lini floribus, fructibus, & omnium maxime ſeminibus quæ magnitudine, figura, & colore ſunt vſq. adeò ſeminibus Lini ſimilia, vt vix diſcernantur ab ipſis. Planta eſt arboreſcens, conſtans ramis obliquè actis, gracilibus, rotundis, cortice nigris, foliis Lini, ſed latioribus, vt ad myrti folia magis accedant, denſis, vndiq. ramos, contegentibus. In cacumine producuntur flores, & fructus ſuis pediculis adhærẽtes colore flauo, ſaporeq. valdè amaro. Fructus verò magnitudine cicerum viſuntur, atq. quadantenus etiam figura, vel melius Lini fructibus; horum ſingulus continet quatuor ſemina, Lini ſeminibus, omnino ſimilia. Quicquam, de viribus atq. vſibus ad medicinam mihi cognitum non eſt.

Digitized by Google

Lycium Creticum.



Tametſi

Digitized by Google

De Lycio Cretico. *Cap. X I.*

TAmetſi, in libro de Plantis Aegipti duas ſtirpes pro lycio meminerimus, quippè arbores Vzeg, & Ahialid Arabibus vocatas, nihilominus, niſi mea me fallit opinio, hiſce annis proximis mihi aliam lycij plantam ex Creta miſſam, à vero antiquorum lycio non abhorrentem, in montanis illiuſce Inſulæ prouenientem, videre licuit. Hæc arbor parua eſt hominis altitudine ſupra terram elata, ſpinis horrens, foliis buxi, anguſtioribus tamen, quaternis, aut quinis ſimul ramorum partibus eminentioribus, citra pediculos, inhærentibus: igitur caudex habet vtrinque ramos multos, graciles, rotundos, ferè rectos, duros, lignoſos, habentes quaſdam inæqualitates in ipſorum rectitudine, quippè qui habeant breui interuallo, partes quaſdam eminentiores, à quibus ſingulis, tres ſpinæ acutæ, nigræ, duræ, ſimul cum foliis buxeis, ſed tenuioribus exeunt, in quibus flores duo, vel tres à ſuis pediculis pendēt, à quibus deflorescentibus ſuccedunt vna, duæ, vel ad ſummum tres baccę, ob longæ, nigreſcentes, piperis magnitudine, & rotunditate, ſapore ſtiptico, primò ſubdulci, poſt amareſcente. Radices non vidimus, verum ſi ex iis, vt antiquitus fieri conſueuit, ſuccus eliciatur, lycium vocatus, tantoperè ad medicinæ vſum commendatus, planè ignoro. De eo ſucco, nos in libro de plātis Aegypti ſcripſimus capite de Vzeg, Quod pertinet ad iſtius plantæ facultates, atq. ad vſus medicos procul dubio habebit & hæc planta eaſdem, & vires, & vſus quos antiqui de lycio tradiderunt, cum præſertim, & hæc ſtirps notas veri lycii habeat, & folia, & fructus cum adſtrictione amareſcant, primo enim guſtui ſubdulces apparent, & mox leui ea dulcedine citò reſoluta, amari eſſe ſentiuntur, quæ amaritudo in ipſis remanet modica. Ipſorum eſſentia mixta eſt, ex ſubſtantia tenui, calida, amara, qua calfacit, ſiccat, detergit, ex terrea frigida, & ſicca, qua adſtringit, refrigerat, ſiccat, roborat, meatus claudit: Hinc fit, quod in actiuis qualitatibus mixtione calidæ, & frigidæ ipſius ſubſtantiæ, redduntur, temperati, ſiccāt verò ſupra ſecundum exceſſum


cum

cum adſtrictione, vnde mirum non eſt, ſi vlceribus, oris, labiorum, aurium, aui, & ſimilium partium medeantur, ſi caliginem ab oculis amaritudine detergant, atq. etiam Cæliacis, diſentericis, cruentiſq. reiectionibus, fæminarumq. profluuijs opem ferant, cum per os aſſumpti, tum intus inditi. Hæc omnia, ſuccus, qui & ex folijs, & ex fructibus, vel ex radicibus, vt voluit Dioſcorides, parabitur, præſtabit. Quomodo verò ſit is parandus, Dioſcorides, & alij probè nobis tradiderunt. Lycium à lycia prouincia abundantiùs hanc ſtirpem producente, dictum eſt, atq. vt ait Dioſcorides Pyxacantha à folijs buxeis, itidem appellatum fuit.

Spar-

Digitized by Google

Spartium Creticum.



Planta

Digitized by Google

De Spartio Cretico. Cap. XII.

PLanta ex ijſdem natalibus ad me delata eſt procera, denſiſſimè fruticans, bicubitalis, & amplioris altitudinis, ſurculoſa, quippè ramulis à craſſis veluti caudicibus rotundis, viridibus, densè maculis paruis albis punctorum alborũ modo, infectis, naſcentibus longis, ſubtilibus, ſurſum recte actis, flexilibus, rotundis, cortice viridi prædita, Hi deorſum ramulos multos habent vtrinq. inæqualibus interuallis inordinatim poſitos, & in medio, ramis, folijſq. nudi ſunt & poſtea ſurſum in cymis densè ramificant. Folia habet aſpalathi, ſeu acaciæ ſecundæ, & flores, & ſiliquas. Nomine ſpartij ad me hæc planta miſſa eſt. An verò ſpartium ſit Dioſcoridis non auderem affirmare, quando eius ſpartium, ſeu geniſta nõ habeat folia, & hæc noſtra geniſta ijs ſcateat vndiq. in virgis à ramis prouenientibus, etſi virgæ circa medium nudæ ſint; neq. virgæ etſi rectę, flexiles videantur, aptæ videntur ad vites vinciendas, Nihilominus, & ſi hæc noſtra planta non erit Spartiũ Dioſcoridis erit ſaltem, vel notis accedet ad Spartium quod Meſues ita deſcripſit. Spartium geniſta latinis arbor eſt montana, cuius ramuli deſinunt in virgas multas, rectas, flexiles, fractù contumaces, quibus vites, & alia ligantur. Flores habet flauos lunata figura, ſiliquas phaſiolis ſimiles, & ſemina in his lenti ſimilia, interuallis diſtincta, quibus liquidò conſtabit hanc noſtram plantam non nihil ad ſpartium deſcriptum à Meſue accedere. Neque hæc ſtirps hactenus ab aliquo cognita fuiſſe videtur, niſi quis dixerit eam eſſe quam vulgus geniſtam aculeatam appellat, quæ expreſſa eſt in hiſtoria generali plantarum, Negari non poteſt hanc plantam in multis cum noſtro Spartio conuenire, quippè in ramis virgiſq. iunceis, in folijs (& ſi non perpetuò in omni exortu, terna, ſed etiã quaterna multis in locis cernantur) in floribus, & ſiliquis paruis, compreſſis, & latis, & in ſemine lenticulæ ſimili, Nihilominus toto (vt aiunt) cælo, noſtrum Spartium differt; primo noſtrum Spartium habet ramos, cortice egregiè viridi, punctis

(In lib. 2. purg. c. 29) (In lib. 2. cap. 22.)

ctis, crebris albis, toto emaculato. Ab his ramis virgæ quæ lõgæ, iunctæ, ſubtiles, flexiles, in altumq. rectè actæ procedunt, id proprij habent, vt in primò ferè exortù, circumquaque alias virgas paruas complures promant, folijs, floribus, & ſiliquis paruis, latiſq. refertas, & circa medium virgarum magno interuallo, nudæ apparent, neq. ramulos, neq. folia, neq. flores, neq. aliud quicquam habentes, circa apicem verò rurſus, multos ſurculos, circumquaq. folijs, floribuſq. ſuo tempore, vel ſiliquis præditos, producentes, qui ordo in ſingulis virgis à ramis exeuntibus, perpetuò obſeruatur, quod nullã aliam plantam facere vidimus, ſemina etiam geniſtæ aculeatę ſcribunt eſſe nigreſcentia, cum noſtri ſpartii colore ſubruffo, ſpectentur. Quid amplius? cum ſcribant totam plantam illiuſce geniſtæ aculeatæ ſambuci modo fætere, atq. guſtui amaritudinem inducere. Noſtrum vero ſpartium neq. fœtet, neque amarum eſt quin immo ſubdulceſcit cum inſipiditate. Quibus certi reddimur, noſtrum Spartium nõ eſſe geniſtam aculeatam, ſed nouam plantam hactenus omnibus ignotam. Flores, & ſemina vitiæ ſaporem habent ex quo in actiuis, & paſſiuis qualitatibus videtur temperata nihilominus affirmant, & tenera germina, & flores, & ſemina valenter purgare pituitam, & ſeroſos humores, & per ventrem, & per vomitum, quod & ſi ex qualitatibus manifeſtis eam facultatem habere nequeat, id ex occulta facultate à tota (vt aiunt) ſubſtantia proficiſcente habebit.

Spartium Spinoſum.



Eſt &

Digitized by Google

De Spartio ſpinoſo. Cap. XIII.

ESt & alia planta in Creta naſcens Spartio prædicto ſimilis,quę ramos multos nigros habet,à quibus virgæ exeunt,iunceæ ſubtiles,nigreſcentes,habẽtes in exortù ſurculorum, folia, in eodem exortù quina parua tenuia, & ferentes flores plures luteos,paruos,Spartij Cretici ſimiles,à quibus ſiliquæ paruæ non diſſimiles ſuccedunt. Virgæ omnes in cacumine deſinũt in ſpinas,non tamen multum duras, hiſque veluti triangulos facientes. Hæc planta veluti eiuſdem ſaporis, & odoris eſt cum Spartio,ita eiuſdem vires habere, credendum eſt.

Digitized by Google

Spartium Spinoſum alterum.



Proximo

Digitized by Google

De Altero Spartio ſpinoſo. Cap. XIV.

PRoximo Spartio ſpinoſo, planta ſimilis ad me miſſa eſt, pro thymbra ſpinoſa, quæ tantum abeſt, vt thymbra, ſit, quod ab ea potius in omnibus, præcipuiſq. notis, toto cœlo differens videatur, tymbræ enim, ſeu ſaturegiæ proprium eſt, vt acutum, ſuauemq. odorem reſpiret thymo ſimilem, atq. thymi quoq. ſaporem acrem habeat. Quibus duobus, cum noſtra planta omnino careat, cum & inſipida ſit, & prorſus inodora. Nihilq. mea ſententia erit aliud, quam ſpartii ſpinoſi altera ſpecies: ſiquidem frutex, & ipſa eſt, Spartio non diſſimilis, ramos habens craſſos, rotundos, non leues, ſed aſperos, à quibus virgæ ſurſum rectè feruntur, in ſpinas acutas deſinentes, triangulos veluti multos facientes, Folia duplici ordine in hac planta viſuntur, primum ad exortum ſurculorum, ex ramis ſpartii ſimilia, ſed tenuiora, ex vno exortù, aut trina, aut quatuor, aut quina: ſecundo ordine in virgis rectis vtrinq. crebra viſuntur, tragacanthæ modo vſq. ad apicem ferè virgularum, ſurculorumuè, ita ut à foliis ſurculorum, ſpinæ ſuperſint duræ, ſubtiles, admodum acutæ, omneſq. ſurculi in huiuſmodi ſpinas deſinũt, folia verò vtrinq. in ſurculis poſita, ſunt oblonga, parua, extrema acuminata habentia, Sparrii ſpinoſi alteri foliis planè ſimilia, aliquantulum maiora tamen. Hæc planta radice nititur longa, craſſa, lignoſa in ſubtilitatem terminante, in duas, vel tres radices diuiſa. Ab eiuſq. duobus locis quodam interuallo viſuntur, radiculæ, fibroſæ, ſubtiles, ab eodem exortù ſimul plures. Tota planta, & citrà odorem, & citrà ſaporem obſeruatur. Vnde fortè eiuſdem qualitatis, cum altero Spartio ſpinoſo eſſe, iudicandum videtur.

Cyanus

Cyanus Arboreſcens Longifolia.



Pulcher-

Digitized by Google

De Cyano arboreſcente longifolia. Cap. XV.

PVlcherrimus frutex in Cretæ mōtanis naſcitur cubitalis altitudinis, & amplioris. Caudice ſcabro, duro, lignoſo, inæquali, aſpero, digiti pollicis craſſitie, roſmarini coronarii caudici valdè ſimili, à quo quidem circumquaq. ramulorum duorum in eius cortice affixo, quędam fragmenta, ſeu fruſula caudici affixa, quę caudicem adhuc magis ſcabriorem reddunt. Vnicus hic caudex craſſus ſuperius ſcinditur in tres, quatuorue ramos, digiti craſſitie, nigros, ſcabros, inæqualis craſſitiei, & figuræ, nigros, ramulorum fruſtulos, crebro, vndiq. ſpinarum quaſi modo affixos. Quilibet verò horum ramorum quatuor in apice alios ramulos producit ſubtiliores eodem modo ſcabros, nigros, inæqualeſq; quorum ſinguli itidem promunt ſurculos rotundos plures, ſcilicet tres, quatuor, vel quinque graciles, palmum longos, tomentoſos, albicantes, crebris foliis, albis, tomentoſis, longis, magnitudine figuraq. ad ſalicis tenuia folia accedentibus, vndiq. circundatis ſtipatiſq. in quorum ſurculorum cacumine producunt tres, vel quinque, vel ſeptem flores cyani floribus ſimiles, purpuraſcentes in ſuis calycibus paruis cyani itidem proximis, à quibus ſuccedunt papi qui in aerem euolant, inter eam papoſam mollemq. ſubſtantiam continentur ſemina parua, cyani quam ſimilia, ſed minora, & longiora. Hæc eſt arbuſcula fruticoſa, vſque ad florum foliorumq. ſurculos aſpectù ferè horrida, nigra, craſſitie ramorum inæquali, fruſtuliſq. ramulorum ſiccorum, ſpinarum inſtar armata, & ſcabra. Ab ea parte vero ex qua ſurculi folioſi, flores vt dictum eſt, in ſuis cymis producentes, proſiliunt, tota eſt argentea, floribuſq; cyani purpuraſcentibus iucundiſſimi aſpectus. Surculi albi, folia, atq. flores, fructuſq. guſtum inſigni amaritudine afficiunt, cum aliquali adſtrictione. Vnde merito quod ea qualitate amara humores craſſos extenuet, adprimè detergit, & meatus ab infarctù liberet, vtiliſſima eſt ad obſtructos, ad ictericos, ad vrinā ſuppreſſam, atq. ad menſes itidem interceptos, mouendos. Vlceribus ſordidis medetur, atq. ad vermes necādos maximè valēs.

Cyanus.

Digitized by Google

Cyanus Arboreſcens altera, Styracisfolio.



Sequitur,

Digitized by Google

De Cyano altera arboreſcente, ſtyracis folio. Cap. XVI.

SEquitur, poſt cyanum arboreſcentem longifoliam, altera cyani planta, quam exinde ab amico, nomine cyani ſtyracis folio, accepimus. Verèq. folia ſtyracis æmulari, & magnitudine, figura, ex candido colore videntur, & flores cyani floribus ſimiles ſunt. Hæc planta cubitalis & bicubitalis eſt, in orbemq. diffunditur, perpetuò virens, caudicem habens craſſum, vt digitus pollex, rotundum inæqualem ſcabrum, palmum altum à quo exeunt rami quatuor vel quinq. vel plures, rotundi, ſubtiles ſemi palmum longi, è quibus germina multa exeunt, quatuor aut quinq. folijs ab eodem exortú ſimul exeuntia magnitudine atq. figura ſtyracis folio quam ſimilia, interius nigreſcentia, atq. exterius cum tomento quodã albicantia, inter quæ germina, exit ſurculus, vel plures, rotundus, gracilis, palmum ferè longus, aliquot folijs paruis raris inæqualiter poſitus, & in cacumine eſt veluti corymbus, florum multorum cyani vulgaris magnitudine, atq. figura ſimilium, ab vno exortù ſimul exeuntium, colore phæniceo, calice verò longiori, quam cyani, ſquamato, colore albo, in fuluum inclinante, à floribus deflореſcentibus remanent pappi veluti ex materia ſericea, villoſa alba, intra quam continentur ſemina parua, longa, tenuia, colore albicantia. Flores autem inodores ſunt. Tota planta, & inodora, & inſipida eſt, nulliq. vſus ad medicinam hactenus cogniti cuiquam fuerunt. Elegantiſſima dum floret, viſuiq. iucundiſſima apparet perpetuò virens argenteoq. colore. Prouenit in altiſſimis præcipitijs, inter ſaxorum rimas. Mihi ſæpius hæc planta ex ſeminibus nata eſt, plurimumque & per bellè aucta, quæ tamen numquam ad hyemem cura peruenit.

Scabioſa arborea.



Non

Digitized by Google

De Scabioſa arborea. Cap. XVII.

NOn minoris pulchritudinis, & elegantiæ planta eſt, quam pro Scabioſa arboreſcente accepi. Hæc caudici nititur craſſo palmo alto albicante, à parua radice diuiſa, in tenues radices longas, hinc inde obliquè per terram actas. A Caudice multi caules exeunt, longi, ſurſum obliquè acti, graciles, in quibus debitis ſpatijs folia multa, magnitudine, & figura, aizoo cretico arboreſcenti ſimilia ab eodem exortù ſimul exeuntia numero aut quinque, aut ſex, aut, ſeptem, vel octo, vel denique nouem, tota incana albicantia, & in caulium ſumitate flores ampli, carnei coloris albicantis magnitudine & figura vulgaris ſcabioſæ aut, vni, aut, bini, aut, trini, è ſingulo caule, ſuis lõgis veluti pediculis, in quos caulis diuiditur, pendentes. Flores inquam, paruuli ſunt, densè in capite rotundo ceraſi magnitudine, ſtipati, in quibus ſemen paruum, rotundumq. cõtinetur, quod ſatum in Patauino ſolo, difficulter naſcitur, atque multò difficilius, & non niſi cura diligenti, nata planta, conſeruatur. Hanc plantam olim Piſis ex horto medicinali accepi à reuerendo fratre, Franciſco Malochio franciſcano, illiuſcè horti præſidi, quæ tamen cum multum in itinere paſſa fuerit, breui interijt. Hæc ſtirps tota incana, & alba eſt, pulcherrimi aſpectus, & creſcit ad bicubitalem, & ampliorem etiam altitudinem. Inodora eſt floreſq. præſertim, ſapore verò ſubamareſcente cum læui adſtrictione guſtum afficit, ex quo ipſam eſſe facultatis deterſoriæ, & aperientis conſtat, calidamq. & ſiccam primo exceſsù, vnde ad vlcera conglutinãda, atque in ipſis ad carnem deperditam regenerandam, vtilis erit.

Leucoium Spinoſum.



Pulcher-

Digitized by Google


De Leucoio ſpinoſo Cruciato. Cap. XVIII.

PVlcherrimam elegantiſſimamq. plantã, pro Verbaſco ſpinoſo accepimus, quæ frutex eſt cubitalis, tota albicans, paucis folijs paruis candidis, oblongis in extremo acuminatis, & vtrinq. ſerratis ſimilibus erucæ peregrinæ folijs, quod alii Leucoium Patauinum vocant, ſed longè minoribus, & candidioribus, circum ramos in parte eminentiori poſitis. Surculi vero omnes, ſpinis multis paruis, vtrinq. ordinatim poſitis ſcatent, faciẽtibus veluti cruces innumeras in ſurculorum extremitatibus, à quibus nos hanc plantã, leucoium ſpinoſum cruciatum nominauimus, Flores fert in ſurculorũ cymis luteos leucoij ſimiles, à quibus ſuccedit folliculus ferè rotundus piperis magnitudine continens ſemina nigra, minutiſſima, blactariæ ſimilia. Nihil .n. habet, quod cũ verbaſco conueniat, neq. in planta, neq. in facultatibus, neque .n. folia reſpondent, ſeu conueniunt cum alicuius verbaſci folijs, neq. caules, neq. flores, neq. fructus, multominus nihil adſtrictoriæ facultatis habet, quæ verbaſci propria videtur. Hæc .n. planta ſapore ſubdulci prædita eſt, ad inſipidum inclinante, cum læuiſſima adſtrictione vnde ad frigidum ſiccum ipſius facultàs inclinare videtur. Ad Leucoiũ vero, & foliis, & floribus luteis paruis potius accedere nobis viſa eſt, quo verò nomine Græci eam vocent, haud intelligere hactenus potuimus, neq. multò minus, quæ plãta ſit. Hoc vnum credidimus, hanc omnino antiquis ignotã fuiſſe. Nos itaq. à quadam ſimilitudine quam foliis, & floribus cum leucoijs habet, eam leucoium ſpinoſum cruciatũ, ab innumeris crucibus, quas ſpinæ in cauliculis efficere videntur. Credidi ſæpe hanc eſſe plantam quam Carolus Cluſius, à Iacobo Plateũ iconẽ accepit, eamq. & ipſe leucoium ſpinoſum vocauit. Hæc ſolummodo à noſtra planta differens eſſe videtur, quod nimis ramis rara eſſe apparet, neq. eas cruces innumeras ſpinis facit, quod fortaſſe in ea non obſeruatur, quoniam tenella planta atq. non annoſa extitit. Hanc plantam eſſe quã Galaſtinida Cretenſes vocant, qua ad ignis vſum, vti familiarius ſolent, & ad fornaces inurendas.

In lib. 3. obſer. c. 7

Caryo-

Caryophylus Sylueſtris arboreus.



Caryophilus


Digitized by Google

De Caryophylo arboreo ſylueſtri. Cap. XIX.

CAryophylus ſylueſtris quinquefolius naſcitur in montibus cretæ Inſulæ bicubitalis, & amplioris altitudinis, caudice duro, longo, digiti craſſitie, colore albicante, densè geniculato, à quo rami multi procedunt, obliquè ſurſum acti, densè geniculati in alios binos, vel trinos, cauliculos, in quibus, multa germina innumeris folijs longis, tenuibus, ſylueſtris caryophyli ſimilibus, ex eodem ortu naſcentibus referta, apparent, inter quæ exeunt cauliculi tenues, flores, caryophylos paruos, odoratos, purpuraſcentes in album, quinque folijs conſtantes, odoratos, habentes.

Digitized by Google

Caſia Latinorum.



Quid ſit

Digitized by Google

De Caſia latinorum. Cap. XX.

QVid ſit plāta, cuius imaginem accuratè delineatam ſubiciemus, niſi ad Caſias latinorũ, quas Cneori nomine Græci fortaſsè intellexerunt, accedere dixerimus, planè ignorare fatemur. Elegantiſſimus tamen frutex eſt, cuius rami & frondes digni æſtimantur, vt ad Coronarũ vſum recipiantur. Habet radicem craſſam longam in duas ſciſſam, aſperam, inæqualem, nigro cortice, ligno albo, duro, quod dentibus tritum nihil odoris reſpirat, ac ferè primum ſaporis etiam expers videtur, ſed poſtea linguam acutè excalfacit, cum leui adſtrictione. A radice rami multi, craſſi, & graciles, rotundi, nigri, tortuosè exeunt, obliquèq. ſurſum aguntur, atq. ità ſimul ſtipati, ſcopæ modò, denſam totam plantã reddunt, qui rami, etſi in plures alios ſubtiles diuidantur, atq. ab ipſis alii complures ſurculi exeant, tamen omnes nudi folijs exiſtunt, totaq. planta hæc, maximèq. antiquata, ferè ſemicubiti vſq. ad altitudinem à terra aſcendens, ex toto nuda folijs conſpicitur, proindeq. ramorum denſitate, atq. nigrore, horridum proſpectum efficit; ſupra quam ramorum altitudinem, ſequuntur ſurculi hinc indè ab ijs ramulis proſilientes, ſemi palmum longi, ſurſum acti, ſcoparum modo ſimul ſtipati, foliolis candidis, paruis, rotundis, oblongis, in extremũ acuminatis, magnitudine, & figura foliorũ, vulgaris, ſeu hortenſis ſaturegiæ, vel thymi Cretici, ita circumdatis, vt ramuli ipſorum nigreſcentes, folijs obtuti, nunquam appareant, ſed ſurculi omnes ijs pulcherrimis, candidis folijs circumquaq. ſtipantur, & ſurculi omnes ferè producunt, alios plures eodẽ modo folijs; multis, dẽſis præditos. In ramulorum cymis extimis, floſculi phœnicei coloris paruiſſimis leucoiis per ſimiles, vt audiuimus ſuauiter olentes cernũtur: Ab iis fructus rotũdi, oblõgi milij magnitudine albicantes, ſuccedunt; Quibus apparet hãc ſtirpem, partẽ ſuperiorem folioſam ſolummodo habere, & reliquum plantæ & ſi ramulis denſiſſima ſit ex toto foliis nuda, cernitur: Veluti hæc eſt horridi proſpectus, ita

ſuprema iucundiſſimum occulis, ameniſſimumq. intuitum preber, ramuli enim ſupremi folijs onuſti floreſcenteſq. elegantiſſimi ſunt, atq. ita vt myrtillæ folia, ab vsù Coronarium non abhorreant. De hac planta denuò repetimus, ni ad Caſiã Latinorum Poetarum accedat, nos qualis ſit prorſus ignorare. Quod verò à caſia poetarum, quam Græci Cneori nomine cognouerunt, non abhorreat, vel hoc quidem argumento deprehenditur, quod radicem magnam, craſſam in alias diuiſã habeat, atq. ab ea exeant ramuli multi flexiles, quibus dum virides ſunt, poſſent arbores vinciri, ad ligariuè, ſurculoſq. in ſuprema eius parte ferat, pulcherrimis folijs paruis, oleæ figura, craſſitie, & colore quam ſimilibus, refertiſſimos, floſculiſq. odoratis cymæ vndiq. ſcateant. Quò fortaſsè mirum non ſit, ſi apes his floribus delectentur. Itaq. erit fortaſsè albus Cneorus Theophraſti de quo ita ſcripſit. Caſiæ quoq. duo genera, alia enim candida alia nigra, candidæ folium modo viticis oblongum, figura quodam modo oleagineo ſimile: candida magis ſe humi ſpargit, odorataq. eſt, nigra odorę caret. Radix ambabus, quæ alte deſcendit, grandis, ramiq. permulti, craſſi, ſurculoſi, ab ipſa protinus tellure, aut paulò ſuperius ſparſi, lenti ad modum conſtant, quamobrem hiſce ad colligandum iunci modo vtuntur, Germinant, florẽtq. poſt Equinoctium, autumni, & multum deniq. temporis florẽt. An vero nigra, vel alba ſit hæc noſtra planta dicenda, ignoro, quoniam vti dictũ eſt maiori ex parte, vbi nudata folijs viſitur nigra eſt, & ſuperiori parte candida. Hæc ſunt quæ de hac noſtra credita caſia poetarum dixiſſe voluimus.

In lib. 6. de cauſis plant. ca. 33.

Cha-

Chamedaphnoides Cretica, ideſt Laureola Cretica humilis.



Digitized by Google

De Chamedaphnoide Cretica, ideſt humili Laureola Cretica. Cap. XXI.

PLantula elegantiſſima in Cretę montanis naſcitur, ſemi palmum alta fruticoſa, quæ nititur radicula gracili, rotunda, alba, breui multis tortuoſitatibus, inflexa, ſapore maxime feruido, diù linguam excalfaciente, ab ipſa duo, vel tres, vel quatuor ſurculi, iuxta radicē torti, oriũtur, graciles, rotundi, colore nigreſcentes, qui in cacumine producunt plures cauliculos breues, qui ſimul cum ſurculis, foliis veſtiuntur copioſis, citra ordinem circumquaque poſitis, ac præ multitudine ſimul ſtipatis, oblongis, in principio tenuibus, in extremo latioribus, rotundioribus, craſſis, duris, intus viridibus, extra albicantibus, ad folia buxi, vel Balſami Alpini maximè accedentia figura, vti dictum eſt, aliquantenus varia, quæ à ſurculis, quibus abſq. pediculo inhærent, incipiendo inſtar pediculi tenuia ſenſim ac ſenſim in latitudine adaucta in extremo Balſami alpini latitudinem ac figuram nanciſcuntur. Hæc inodora ſunt, guſtui vero ad modum feruida, ac guttur, ſi diù in ore tractentur, ferè inurentia. Nos hanc plantam vidimus ſine floribus, & ſine fructibus. Hæc ſtirps primo intuitù ad Vuam vrſi, quam Carolus Cluſius in libro primo rariorum plantarum obſeruationum expreſſam dedit: accedere videtur, verumtamen reuera, & planta notis, & facultate apertiſſimè videtur differre. Namq. etſi magnitudine, caulium numero, & foliis ſimilis videatur, tamen caules habet inæquales, folia rariora non ita præ denſitate ſtipata & maiora. Ex guſtu apparet eam eſſe auſteri & adſtringentis guſtus, cum igneam caliditatem, noſtræ plantæ, folia, & ex toto planta gutturi inferat. Cum itaq. vua vrſi non ſit, quo genere ſtirpium comprehendetur? An forſitan erit Balſami Alpini ſpecies, vt aliqui crediderant? nequaquam: cum Balſami alpini planta longè maior, neq. foliorum figura conueniat, nec caules ad radicem, neq. radix habeat eas multas tortuoſitates, quam notam, ceu iſtius plantæ propriam in multis plantis

can-

eandem æque obſeruauimus, prætereа balſami planta tota ſtiptica, & amareſcens guſtui videtur, cum noſtra guttur calore incĕdat, linguamq. plurimum ex calefaciat. Quibus credidimus nos hanc plătam eſſe, chamedaphnoidem, ideſt paruuam humilemq. laureolam, cum ex multis, tum omnium maximè ex foliis, atq. ex facultate ferè inurente, quam nos ſæpe deguſtantes animaduertimus. Fortaſſe ea planta quam C. Cluſius in regno Granatĕſi offendidit, quam merito quoſdam Hiſpanos in plantarum cognitione peritos, ex foliorum craſſitie perſuaſi, chamedaphnem, appellaſſe, ſcribit. Verum vt ingenuè dicam, non puto virum in ſtirpium ſtudio clariſſimum decipi potuiſſe, cum ea planta, quam in Granatenſi quoddam colle aprico offendit, videatur diuerſa à noſtra propoſita planta, cum illa longe maior noſtra ſit, foliaque longe maiora, & rariora habeat, atq. etiam in extremis non videntur vt iſtius plantę, acuta: præterea quia ſapor in ea obſeruatur auſterus, cum amaritudine non conuenit cum noſtra. An verò hæc planta ſit Chamedaphne à Dioſcoride vocata? nequaquā in eum noſtra ſentĕtia, (vt etiam Dulechampius cognouit,) Dioſcoridis chamedaphne non ſit ex genere vrentium facultate plantarum. Conſultius igitur credidimus poſſe vocari chamedaphnoidem, cum ſit humilis planta, ex Daphnoidis, vulgo, laureolis vocatis, etenim conuenit & plantæ figura, atq. vrenti facultate.

Poterium.



Poterij

Digitized by Google

De Poterio. *Cap. XXII.*

POterij planta naſcitur in multis locis Cretæ inſulæ fruticoſa, folijs, & ſpinis tragacanthæ, per quam ſimilis, quo mirum non eſt, ſi poterium pro Trangacantha ex ijs locis, ad me non ſemel miſſum ſit; Large verò fruticat ramis aliquando tenuibus, vt expreſſit Dioſcorides, & aliquando craſſis, nigro cortice quaſi ſquammatim cum ſpinis obductis, non longis, ſed breuibus, & denſis, ſpinis albis, acutis, horrentibus, non rectè ſed obliquè actis in ſummitatibus craſſis, craſſoque tomento candido inæqualiter obductis, in quo tomento floſculi tenues, lenes, oblongi, colore albicantes viſuntur, à quibus ſemen minutum, rotundum, albicans, ea lanugine obductum fit. Hęc plāta in hoc pręſertim à Tragacantha differre videtur, quoniam Tragacantha, neq. caules in ſummitatibus craſſiores habet, ſed potius ſubtiliores, neq. etiam tomento pleni ſunt, neque flores in tomento fert; Etenim Tragacantha in ramulis flores & ab ipſis paruas ſiliquas producit, quibus ſemen continetur. In poterio caules in ſummitatibus craſſiores quaſi ſpicæ figura cernuntur, & craſſo tomento albo obducti, in quo & flores & ſemina producuntur. Cum Tragacantha, tum poterium habet foliola parua, oblonga, leguminis modo vtrinq. in ſpinis, eaq. præſertim habent in ſummitatibus caulium. Hæc planta poterij ita rara eſt vt à nemine hactenus ipſius imago affabrè delineata viſa ſit, etſi plures de poterio ſcripſerint. Ego vero proximis annis ex Creta Inſula à Hieronimo Capello ampliſſimo & humaniſſimo Senatore tunc temporis totius eius Cretici regni generali prouiſore D. D. meo perpetuis nominibus colendiſſimo, accepi pro poterio abſq. radice, & eſt planta hactenus à nobis delineata. Multa tamen, (ſi Dioſcoridis lectio ex toto incorrupta non ſit, de qua re maxime dubito) vt hæc ſit poterium, deſiderantur. Primū enim eam deſcribens, inquit. Poterium large fructicat, cortice obductum tenui, ſpinis horridum, lanugine ſpiſſa: Ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, Tragacanthæ proximis: Foliis In 3. de mat. medic. c. 16.

paruis,

patuis rotundis flore exiguo candidi coloris, ſeminis nullius vſus, ſed guſtù acuto & odorato. Omnia ſanè de poterio à Dioſcoride tradita, huic noſtro Cretico poterio conuenire videntur, hoc excepto quod non habeat ramulos longos, molles, lentos, tenues. Quando hæc noſtra planta habeat ramos breues, duros, fractù non contumaces, atq. ad Craſſitiem magis quam ad tenuitatem inclinantes. Verum vt ingenuè dicam, dubito an & Dioſcoridis verba tractù temporis fuerint vitiata, quæ dubitatio apud me magis aucta eſt, & quod ſciam hãc plantam in Grecia pro legitimo poterio apud omnes ferè haberi, atq. ex Dioſcoride quoq. qui ait, Poterium conſtare ramulis Tragacanthæ proximis, ſed quis quæſo affirmabit Tragacantham habere ramos longos, molles, lentos, tenueſque? Cum ipſa potius ramos habeat breues, duros, non viſcidos, atque potius ad aliquam craſſitiem inclinantes, quod & Serapio Dioſcoridis tranſcriptor confirmaſſe viſſus eſt de Tragacantha dicens, ipſam habere ramos breues, extenſos ſuper faciem terrę, quare crediderim ego hanc plantam eſſe legitimũ poterium, & ſi quis etiam de ſemine, quod ſit inſipidum, minimeq. acutum, & odoratum, quale expreſſit Dioſcorides, & de flore quod non in hac noſtra planta flaueſcentem colorẽ viderimus, non album vt Dioſcorides, neq. herbacei coloris, vt Plinius tradidit. Hoc minime nos turbare debebit, quando eaſdem ſanè plantas in floribus ſæpe colorem euariare nõ ſit nouum, de ſemine etiam credidi textum Dioſcoridis habere vitium, vitiatumq; ab aliquo, ſimplicium medicamentorum inexperto, fuiſſe, quod ex eiuſdem Dioſcoridis verbis facile coniici poterit, Cũ ipſe præſertim dicat; Seminis nulli vſus, ſed guſtù acuto, & odorato. Quomodo iſtuc verum eſſe poteſt? quod ſemen poterii acutum atq. aromaticum nullius fuerit vſus? Quo credimus nullius eſſe vſus quia inſipidum ſit minimeq. acutum, atq. aromaticum, quale ita eſſe in noſtro poterio deguſtauimus. Quibus colligimus noſtram hanc plantam pro poterio miſſam, non abhorrere à poterii notis, Accedit etiam, vt hæc veritas magis cognoſcatur, quod hæc aut verè poterium erit, vt nos putamus, aut Tragacãtha, propter magnam ſimilitudinem quam poterium habere, cum Tragacantha

In li. ſim pl. c. 232.

cantha Dioſcoridis, tradidit, & in ſpinis, & in ramulis, atque quadantenus etiam in foliis, non eſt autem Tragacantha, vt nos in ipſa planta, quam nos olim in Cretæ duobus ſcopulis, quos vulgus Gozi appellant, obſeruauimus. Differt enim à poterio, vt in ſequenti capite iterum demonſtrabimus, quod ipſa ſit procerior, diuerſa à poterio, figura, ſpiniſq. conſtet lõgioribus, & poterio magis ſit foliata, atq; ita, vt & Dioſcorides confirmauit, quodam tempore, quippè in verè (tũc enim ipſa regerminat) foliis ipſis ſpinas occultat. De iſtius plantæ radice & ſucco ab ipſa manante quiquam, cum hæc non viderim, certi non habeo, vt ſcribam. Inquit Dioſcorides radicem præciſam neruis, & vulneribus glutinandis illiniri, vnde Neuras etiam dicta hæc planta fuit, Decoctum quoque eius, neruorum affectibus medetur; Galenus inquit habere deſiccandi facultatem abſq. morſu, adeo vt & neruos inciſos glutinare credatur, præſertimq. ipſius radicem hac facultate donatam eſſe.

Digitized by Google

Poterium alterum denſius ramificatum.



Naſcitur

Digitized by Google

De Poterio altero denſius ramificato. Cap. XXIII.

NAſcitur altera poterii planta, quæ ramis magis in latum diffunditur eoſq. & breues habet, & longe plures, & ſpiſſos, itaut in planta nihil vacui appareat, à ramorum cymis proueniunt ſpicæ horridæ, veluti ſpinis crebris, denſis; quibus, ſic tota planta eſt ſtipata vndiq. vt tota planta contegatur, & nulli rami extra conſpiciantur, cymæ etiam omnes lanugine ſpiſſa inſarctæ latiores apparent. Hic ferè totus terram attingit, & ſupra terram vix ſegregatus apparet, & ipſius rami ſubter ſpinas obruti nigreſcunt, & ſubtiliores ſunt.

Digitized by Google

Tragacantha.



Veram

Digitized by Google

De Tragacantha. *Cap. XXIV.*

VEram, ac legitimã Tragacãtham, nos ex Aegypto olim in patriam nauigantes in duabus inſulis paruis, quas indigenę ſcopulos Gozos appellant, vidimus, cum alijs rarioribus plantis ibi copioſius naſcentibus, atq. viuentibus. Frutex eſt cubitalis, & amplior, etiã à terra ad ſũmitatẽ vſq. totus ſpinis horridus, ac vndequaque ſtipatus ſpinis longis, albis, rectis, vtrinq. binis foliolis paruis, oblongis in rotundũ foliis poterii proximis. Caulis vti diximus cubitalis & amplior cernitur obliquè ſurſum actus, ex quo plures rami hinc inde in altum feruntur, ita ſpinis & foliis, densè veſtiti, vt oculti oculis vix appareant. In ramulis floſculi lutei, parui Aſpalathi ſimiles, non multi à ſuis paruis pediculis pendẽt, à quibus ſuccedunt paruæ ſiliquę Aſpalathi iiſdẽ ſiliquis proximæ ſemen minutum continentes, atq. hæc eſt legitima Tragacantha Dioſcoridis de qua inquit Tragacanthę radix lata & lignoſa ſummo ceſpite nititur, ſurculos humiles robuſtos latiſſimè fundens, in quibus minuta folia nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ ſub ſe ſpinas albas, rectas & firmas occulũt; radices non vidimus, quod tunc, temporis anguſtia eas è terra effodere minime potuerimus, neq. gummi Tragacanthũ in iis plãtis per id tẽpus nobis videre licuit. Erat menſis October quo tempore ſcopulos Gozos perluſtrauimus, & tunc tẽporis plantæ Tragacanthæ, quæ in eo ſolo innumeræ ferè viuebant ſiliquas habebãt, & in aliquibus pauci flores ſupererãt, qui nondũ defloruerũt, planta quam And. Mathiolus affabre pictã dedit, huic eſt admodum ſimilis, hoc excepto, quod non ita latè fruticans videtur, in reliquis eadem cum noſtra planta, cuius imaginẽ damus eſſe deprehenditur. In vsù medicinę eſt eius gummi, quod ex radice emanat, quod eſt paruum, clarum, colore rubeſcens & ſapore dulceſcens, temperate frigida eſt & ſicca, gummi vim habens, & quandam facultatem emplaſticam, qua cutis meatus infarcit, & acrimoniam hebetat humorum acrium, vnde vſum habet ad tuſſim, ad gutturis, & tracheæ arteriæ, aſperitatem, ad vlcera renum, & veſicæ, nec non ad vlcera pulmonum.

In li. 3. de modo med. ca. 22.

Tragacan-

Tragacantha altera.



Pulcher-


Digitized by Google

De Tragacantha altera. Cap. XXV.

PVlcherrimam plantam ex Creta accepi pro Tragacantha altera miſſam, quæ nititur radice longa, craſſa, lignoſa, colore nigra, à quo quatuor, aut plures exeunt caules nigri, rotundi duri, lignoſi, qui in complures ramulos diuiduntur nigros, ſubtiles, breues, totos ſpinis multis, albis, armatos, ſed in ſummitatibus habent ſpinas quaſdam germinum inſtar, foliolis paruis tenuibus ex vna tantum parte, preditas, in quibus ſurculorum ſummitatibus flores parui, prioris Tragacanthæ ſimiles cernũtur, atq. ab ipſis ſuccedunt ſiliquæ paruæ Tragacãthæ itidem proximæ, tota hæc planta eſt veluti ſimilis echino, radix inſipida eſt, ſed aliquantulum odorata, cuius & vires, & vſus ad medicinam ſunt igno ti omnino; Petrus Bellonius in lib. ſecundo ſuarum Itinerariũ obſeruationum ita, ſe in Ida monte duo Tragacanthæ genera vidiſſe.

Echinus,

Echinus, ideſt Tragacantha altera.



Mirum

Digitized by Google

De Echino, ſeu de alia Tragacantha. *Cap. XXVI.*

MIrum eſt Honorium Bellum, Echinopodã, de qua egimus ante, Echino comparaſſe, cum parum qui dẽ cum Echino, aut nihil cõueniat, qualis ex ſtirpibus congruentius Echino cõparari poterit Tragacantha altera, de qua nuperrimè, atq. longe plus Tragacanthæ ſpecies de qua nunc agimus. Planta eſt parua echini terreſtris magnitudinis, figuræq. orbicularis tota, terræ inhærẽs, & duos latos digitos ſupra terram eminens, atq. radicem vſq. ad ſurculorum medietatem terræ affixam habens, in parte interna, qua terræ adhæret apparent ramuli breues, ſubtiles, nigri, multi, denſè ſimul ſtipati à multis radicibus paruis, tenuibus, ſimul coniunctis, terra occultatis, proficiſcentes, deſinentes, in ſpinas paruas, breues, acutas, tenues, latas, albicantes in extremo ſtellatim modo compoſitas nudas foliis, vnde ſuperficies partis extimæ non plana, ſed ad rotunditatem inclinata cernitur tota ſpinis denſiſſime ſimul ſtipatis vndiq. horridæ, armata, quæ ſpinæ ex germinibus ramulorum, qui innumeri ſunt, in orbem ſtellarum modo deſinẽtes totam ſuperficiem complent; ex germinibus innumeri floſculi hyacinti floribus ferè figura ſimiles, ſed longè tamen minores, à quibus techæ, paruæ, oblongæ, vt in altera Tragacantha vidimus totũ echini dorſum exornant. Mirabilis natura, quæ Echinum animal herbaceum produxiſſe viſa eſt; non Echinopoda, echinus vocari debuit, cum nihil cum Echino etſi in orbem diffundatur, conuenit, ſed hęc Tragacanthæ ſpecies quam hactenus deſcripſimus. Quam plantam genere Tragacantharum comprehẽdi oportere, nos quoque vna cum amico, qui ad me ipſam ex Creta miſit, facile credidimus. Hanc Græci Caloſcirrhida nominant.

Tragacantha quarta, vel Spartium Spinoſum alterum.



Nonnulli

Digitized by Google

De Tragacantha quarta, vel de Sparthio alio ſpinoſo. Cap. XXVII.

NOnnulli ad Tragacanthas refferunt fructicoſam plantam, ſpinoſam, habentem ramos plures, lignoſos, duros, colore nigreſcentes à quibus procedunt ſurculi parui, tenues in ſpinas cruciatas deſinentes, duras, & acutas, ſurculi verò veſtiuntur foliis oblongis circumquaquè inordinatim poſitis, latiuſculis, geniſtæ vulgaris, ſeu ſparthii proximis, ſimul ferè circũ ita ſtipatis, vt cauliculos folia oculant, ſi flores & fructus vidiſſemus, melius quæ planta ſit, iudicare potuiſſemus facilius ad Sparthios ſpinoſos, quam ad Tragacanthas eam referendam eſſe, inclinabimus.

Poterium.



Poterij

Digitized by Google

De Poterio. *Cap. XXII.*

POterij planta naſcitur in multis locis Cretæ inſulæ fruticoſa, folijs, & ſpinis tragacanthæ, per quam ſimilis, quo mirum non eſt, ſi poterium pro Trangacantha ex ijs locis, ad me non ſemel miſſum ſit; Large verò fruticat ramis aliquando tenuibus, vt expreſſit Dioſcorides, & aliquando craſſis, nigro cortice quaſi ſquammatim cum ſpinis obductis, non longis, ſed breuibus, & denſis, ſpinis albis, acutis, horrentibus, non rectè ſed obliquè actis in ſummitatibus craſſis, craſſoque tomento candido inæqualiter obductis, in quo tomento floſculi tenues, leues, oblongi, colore albicantes viſuntur, à quibus ſemen minutum, rotundum, albicans, ea lanugine obductum fit. Hęc plãta in hoc pręſertim à Tragacantha differre videtur, quoniam Tragacantha, neq. caules in ſummitatibus craſſiores habet, ſed potius ſubtiliores, neq. etiam tomento pleni ſunt, neque flores in tomento fert; Etenim Tragacantha in ramulis flores & ab ipſis paruas ſiliquas producit, quibus ſemen continetur. In poterio caules in ſummitatibus craſſiores quaſi ſpicæ figurà cernuntur, & craſſo tomento albo obducti, in quo & flores & ſemina producuntur. Cum Tragacantha, tum poterium habet foliola parua, oblonga, leguminis modo vtrinq. in ſpinis, eaq. præſertim habent in ſummitatibus caulium. Hæc planta poterij ita rara eſt vt à nemine hactenus ipſius imago affabrè delineata viſa ſit, etſi plures de poterio ſcripſerint. Ego vero proximis annis ex Creta Inſula à Hieronimo Capello ampliſſimo & humaniſſimo Senatore tunc temporis totius eius Cretici regni generali prouiſore D. D. meo perpetuis nominibus colendiſſimo, accepi pro poterio abſq. radice, & eſt planta hactenus à nobis delineata. Multa tamen, (ſi Dioſcoridis lectio ex toto incorrupta non ſit, de qua re maxime dubito) vt hæc ſit poterium, deſiderantur. Primũ enim eam deſcribens, inquit. Poterium large fruticat, cortice obductum tenui, ſpinis horridum, lanugine ſpiſſa: Ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, Tragacanthæ proximis: Folijs *In 3. de mat. medic. c. 16.*

parуis,

paruis rotundis flore exiguo candidi coloris, ſeminis nullius vſus,ſed guſtù acuto & odorato. Omnia ſanè de poterio à Dioſcoride tradita,huic noſtro Cretico poterio conuenire videntur, hoc excepto quod non habeat ramulos longos, molles, lentos,tenues. Quando hæc noſtra planta habeat ramos breues,duros, fractù non contumaces, atq. ad Craſſitiem magis quam ad tenuitatem inclinantes. Verum vt ingenuè dicam, dubito an & Dioſcoridis verba tractù temporis fuerint vitiata,quæ dubitatio apud me magis aucta eſt,& quod ſciam hãc plantam in Grecia pro legitimo poterio apud omnes ferè haberi, atq. ex Dioſcoride quoq. qui ait, Poterium conſtare ramulis Tragacanthæ proximis,ſed quis quæſo affirmabit Tragacantham habere ramos longos,molles, lentos, tenueſque? Cum ipſa potius ramos habeat breues,duros,non viſcidos,atque potius ad aliquam craſſitiem inclinantes, quod & Serapio Dioſcoridis tranſcriptor confirmaſſe viſſus eſt de Tragacantha dicens,ipſam habere ramos breues, extenſos ſuper faciem terræ,quare crediderim ego hanc plantam eſſe legitimũ poterium,& ſi quis etiam de ſemine, quod ſit inſipidum, minimeq. acutum, & odoratum,quale expreſſit Dioſcorides, & de flore quod non in hac noſtra planta flaueſcentem colorẽ viderimus,non album vt Dioſcorides, neq. herbacei coloris, vt Plinius tradidit. Hoc minime nos turbare debebit,quando eaſdem ſanè plantas in floribus ſæpe colorem euariare nõ ſit nouum,de ſemine etiam credidi textum Dioſcoridis habere vitium,vitiatumq; ab aliquo,ſimplicium medicamentorum inexperto,fuiſſe, quod ex eiuſdem Dioſcoridis verbis facile coniici poterit, Cũ ipſe præſertim dicat; Seminis nulli vſus, ſed guſtù acuto, & odorato. Quomodo iſtuc verum eſſe poteſt? quod ſemen poterii acutum atq. aromaticum nullius fuerit vſus? Quo credimus nullius eſſe vſus quia inſipidum ſit minimeq. acutum, atq. aromaticum, quale ita eſſe in noſtro poterio deguſtauimus. Quibus colligimus noſtram hanc planam pro poterio miſſam, non abhorrere à poterii notis, Accedit etiam,vt hæc veritas magis cognoſcatur, quod hæc aut verè poterium erit, vt nos putamus,aut Tragacãtha, propter magnam ſimilitudinem quam poterium habere,cum Tragacantha

In li. ſim pl. c.232.

cantha Dioſcoridis, tradidit, & in ſpinis, & in ramulis, atque quadantenus etiam in foliis, non eſt autem Tragacantha, vt nos in ipſa planta, quam nos olim in Cretæ duobus ſcopulis, quos vulgus Gozi appellant, obſeruauimus. Differt enim à poterio, vt in ſequenti capite iterum demonſtrabimus, quod ipſa ſit procerior, diuerſa à poterio, figura, ſpiniſq. conſtet lõgioribus, & poterio magis ſit foliata, atq; ita, vt & Dioſcorides confirmauit, quodam tempore, quippè in verè (tũc enim ipſa regerminat) foliis ipſis ſpinas occultat. De iſtius plantæ radice & ſucco ab ipſa manante quiquam, cum hæc non viderim, certi non habeo, vt ſcribam. Inquit Dioſcorides radicem præciſam neruis, & vulneribus glutinandis illiniri, vnde Neuras etiam dicta hæc planta fuit, Decoctum quoque eius, neruorum affectibus medetur; Galenus inquit habere deſiccandi facultatem abſq. morſu, adeo vt & neruos inciſos glutinare credatur, præſertimq. ipſius radicem hac facultate donatam eſſe.

Digitized by Google

Poterium alterum denſius ramificatum.



Naſcitur

Digitized by Google

De Poterio altero denſius ramificato. *Cap. XXIII.*

NAſcitur altera poterii planta, quæ ramis magis in latum diffunditur eoſq. & breues habet, & longe plures, & ſpiſſos, itaut in planta nihil vacui appareat, à ramorum cymis proueniunt ſpicæ horridæ, veluti ſpinis crebris, denſis; quibus, ſic tota planta eſt ſtipata vndiq. vt tota planta contegatur, & nulli rami extra conſpiciantur, cymæ etiam omnes lanugine ſpiſſa infarctæ latiores apparent. Hic ferè totus terram attingit, & ſupra terram vix ſegregatus apparet, & ipſius rami ſubter ſpinas obruti nigreſcunt, & ſubtiliores ſunt.

Digitized by Google

Tragacantha.



Veram

Digitized by Google

De Tragacantha. *Cap. XXIV.*

VEram,ac legitimã Tragacãtham,nos ex Aegypto olim in patriam nauigantes in duabus inſulis paruis,quas indigenę ſcopulos Gozos appellant, vidimus,cum aliis rarioribus plantis ibi copioſius naſcentibus,atq. viuentibus. Frutex eſt cubitalis, & amplior, etiã à terra ad sũmitatẽ vſq. totus ſpinis horridus, ac vndequaque ſtipatus ſpinis longis,albis, rectis, vtrinq. binis foliolis paruis,oblongis in rotundũ foliis poterii proximis. Caulis vti diximus cubitalis & amplior cernitur obliquè ſurſum actus, ex quo plures rami hinc inde in altum feruntur,ita ſpinis & foliis,densè veſtiti, vt oculti oculis vix appareant. In ramulis floſculi lutei,parui Aſpalathi ſimiles,non multi à ſuis paruis pediculis pendẽt, à quibus ſuccedunt paruæ ſiliquę Aſpalathi itidẽ ſiliquis proximæ ſemen minutum continentes,atq.hæc eſt legitima Tragacantha Dioſcoridis de qua inquit Tragacanthę radix lata & lignoſa ſummo ceſpite nititur,ſurculos humiles robuſtos latiſſimè fundens,in quibus minuta folia nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ ſub ſe ſpinas albas, rectas & firmas occulũt; radices non vidimus,quod tunc,temporis anguſtia eas è terra effodere minime potuerimus, neq.gummi Tragacanthũ in iis plãtis per id tẽpus nobis videre licuit. Erat menſis October quo tempore ſcopulos Gozos perluſtrauimus,& tunc tẽporis plantæ Tragacanthæ, quæ in eo ſolo innumeræ ferè viuebant ſiliquas habebãt, & in aliquibus pauci flores ſupererãt, qui nondũ deſfloruerũt, planta quam And. Mathiolus affabre pictã dedit,huic eſt admodum ſimilis,hoc excepto,quod non ita latè fruticans videtur,in reliquis eadem cum noſtra planta, cuius imaginẽ damus eſſe deprehenditur. In vsù medicinę eſt eius gummi,quod ex radice emanat, quod eſt paruum,clarum,colore rubeſcens & ſapore dulceſcens, temperate frigida eſt & ſicca, gummi vim habens, & quandam facultatem emplaſticam, qua cutis meatus infarcit, & acrimoniam hebetat humorum acrium, vnde vſum habet ad tuſſim,ad gutturis,& tracheæ arteriæ,aſperitatem,ad vlcera renum, & veſicæ,nec non ad vlcera pulmonum.

In li.3. de modo med. ca. 23.

Tragacan-

Tragacantha altera.



Pulcher-


Digitized by Google

De Tragacantha altera. Cap. XXV.

PVlcherrimam plantam ex Creta accepi pro Tragacantha altera miſſam, quæ nititur radice longa, craſſa, lignoſa, colore nigra, à quo quatuor, aut plures exeunt caules nigri, rotundi duri, lignoſi, qui in complures ramulos diuiduntur nigros, ſubtiles, breues, totos ſpinis multis, albis, armatos, ſed in ſummitatibus habent ſpinas quaſdam germinum inſtar, foliolis paruis tenuibus ex vna tantum parte, preditas, in quibus ſurculorum ſummitatibus flores parui, prioris Tragacanthæ ſimiles cernũtur, atq. ab ipſis ſuccedunt ſiliquæ paruæ Tragacãthæ itidem proximæ, tota hæc planta eſt veluti ſimilis echino, radix inſipida eſt, ſed aliquantulum odorata, cuius & vires, & vſus ad medicinam ſunt ignoti omnino; Petrus Bellonius in lib. ſecundo ſuarum Itinerariũ obſeruationum ita, ſe in Ida monte duo Tragacanthæ genera vidiſſe.

Digitized by Google

Echinus, ideſt Tragacantha altera.



Mirum

Digitized by Google

De Echino, ſeu de alia Tragacantha. Cap. XXVI.

Mirum eſt Honorium Bellum, Echinopodã, de qua egimus ante, Echino comparaſſe, cum parum quidē cum Echino, aut nihil cõueniat, qualis ex ſtirpibus congruentius Echino cõparari poterit Tragacantha altera, de qua nuperrimè, atq. longe plus Tragacanthæ ſpecies de qua nunc agimus. Planta eſt parua echini terreſtris magnitudinis, figuræq. orbicularis tota, terræ inhærēs, & duos latos digitos ſupra terram eminens, atq. radicem vſq. ad ſurculorum medietatem terræ affixam habens, in parte interna, qua terræ adhæret apparent ramuli breues, ſubtiles, nigri, multi, densè ſimul ſtipati à multis radicibus paruis, tenuibus, ſimul coniunctis, terra occultatis, proficiſcentes, deſinentes, in ſpinas paruas, breues, acutas, tenues, latas, albicantes in extremo ſtellatim modo compoſitas nudas foliis, vnde ſuperficies partis extimæ non plana, ſed ad rotunditatem inclinata cernitur tota ſpinis denſiſſime ſimul ſtipatis vndiq. horridæ, armata, quæ ſpinæ ex germinibus ramulorum, qui innumeri ſunt, in orbem ſtellarum modo deſinētes totam ſuperficiem complent; ex germinibus innumeri floſculi hyacinti floribus ferè figura ſimiles, ſed longè tamen minores, à quibus techæ, paruæ, oblongæ, vt in altera Tragacantha vidimus totā echini dorſum exornant. Mirabilis natura, quæ Echinum animal herbaceum produxiſſe viſa eſt; non Echinopoda, echinus vocari debuit, cum nihil cum Echino etſi in orbem diffundatur, conuenit, ſed hęc Tragacanthæ ſpecies quam hactenus deſcripſimus. Quam plantam genere Tragacantharum comprehēdi oportere, nos quoque vna cum amico, qui ad meipſum ex Creta miſit, facile credidimus. Hanc Græci Caloſcirrhida nominant.

De Tragacantha quarta, vel de Sparthio alio ſpinoſo. Cap. XXVII.

NOnnulli ad Tragacanthas refferunt fructicoſam plantam, ſpinoſam, habentem ramos plures, lignoſos, duros, colore nigreſcentes à quibus procedunt ſurculi parui, tenues in ſpinas cruciatas deſinentes, duras, & acutas, ſurculi verò veſtiuntur foliis oblongis circumquaquè inordinatim poſitis, latiuſculis, geniſtæ vulgaris, ſeu ſparthii proximis, ſimul ferè circũ ita ſtipatis, vt cauliculos folia oculant, ſi flores & fructus vidiſſemus, melius quæ planta ſit, iudicare potuiſſemus facilius ad Sparthios ſpinoſos, quam ad Tragacanthas eam referendam eſſe, inclinabimus.

Digitized by Google

De Scamonea Macroryza. *Cap. XXVIII.*

EX Creta inſula olim plantã accepimus Scamoneæ, in omnibus cum Scammonio Syriaco conuenientẽ, hoc excepto, quod nõ habet radicẽ craſſam, ſed lõgam, ſolummodoq. vt pollex craſſam, vnde Scammoneam macroryzam, ideſt longæ radicis, hanc plantam vocauimus, lacteo verò ſucco madet, quò vtuntur plures purgationis gratia, purgandiq. preſtantia haud cedere Syriaco Scammonio deprehenſum eſt.

Tithymalus

Digitized by Google

Tythymalus Arboreus.



Naſcitur


Digitized by Google

De Tithymalo arborea. Capi. XXIX.

NAſcitur tithymalus arboreus in Creta inſula ad hominis altitudinem, ac ampliorem etiam. Nititur radicibus multis, longis, tenuibus, albicātibus hinc inde in terram rectè actis ad caudicis principium ſimul concurrentibus vel ex caudicis principio venientibus. Caudex altitudine hominis attollitur, craſſus, rotundus, à quò ſurculi plures recti, viſcidi, tenues, in vmbellæ modum ſimul feruntur folijs longis, characias tithymali tenuioribus circumquaque inordinatim veſtiti. In horum ſummitatibus flores veluti in vmbellis paruis cernuntur à quibus ſemina parua rotunda alba ſuccedunt, tota planta lacteo ſucco turget. Cuius vſus eſt ad purgandum, educit enim per ventrem ſemioboli menſura bilem pituitam atq. ſeroſum humorem, calida ſiccaq. eſt ſupra ordinem tertium quo inurit, inflamat, vlceratq. Petrus Bellonius in lib. primo itinerarium obſeruationum ca. 17. inquit ſe in Ida monte vidiſſe tithymalum dendroidem duorũ hominum altitudine, & caudice humanæ coxæ, craſſitie.

Tythymalus.

Tytymalus Cypāriſſius.



Subiecimus

Digitized by Google

De Tithymalo cipariſſio. Cap. XXX.

SVbiecimus hic libenter imaginem titymali cipariſſij cretici, vt affabrè delineati, vt ſtirpium varietate, qui delectantur videant, quantum interſit hæc planta ab ea quam alij deſcripſerunt, quæque apud nos naſcitur. Naſcitur.n. tithymalus cipariſſius cubitalis altitudinis ab vna radice craſſa, longa, lacteo ſucco turgente, producente caules multos, quorum plures exeunt à caule craſſo à radice quatuor digitos in altum proficiſcente, tenues, graciles, iuncei, paruis capilamētis breuibus, multis, tenuibus, pini folijs, ſimilibus veſtiti, propè caudicem nudi, ſed veluti punctis nigreſcentibus maculati, in quorū cymis ſinguli vmbellam ex tribus aut pluribus cauliculis conſtantem, & in principio vmbellæ ſinguli caules vtriq. vnum foliolum, oblongum paruū, in extremis acutum myrti folio ſimili, minus tamen, & tenuius, quilibet etiam vmbellæ cauliculus circa medium vtrinq. foliū priori ſimile, & minus à quo cauliculus vſq. ad extremū ſpicæ modo fert foliola ex vna parte inclināta alijs longe breuiora, latiora, cū floribus paruis, læucoij ſimilibus atq. fructibus paruis triquetra figura, ſemē paruum rotundum, album pipere minus. Diximus ex radice exire caules plures, longos, graciles, propè radicem folijs nudos, punctis multis dēsè emaculatos, qui vſq. ad vmbellam foliis minutis & tenuibus, veluti capilamentis, pini foliis proximis vnde hæc planta cypariſſa dicta eſt. Singuli caules ante vmbellarū exortum vtrinq. foliū habent myrti folio proximum, ſed minus & tenuius, poſtea ſuccedunt vmbellæ vt dictum eſt, Inter hoſce multos caules lōgos, graciles, & rectos, nonnumquam vnus vel duo craſſitie minoris digiti, viſuntur, qui in plures itidem cauliculos foliatos diuiduntur quorū quilibet ſuā in ſummitate vmbellā habet, vti, dictū eſt, formata. Caules ij craſſi, quoad ī caules diuidūtur, nudi sūt, atq. pūctis emaculati, tota plāta dū receēs eſt lacteo ſucco madet, quo īdigenæ tāquā purgatorio vtūtur ad purgandū per ventrē pituitoſum, atq. ſeroſū humorē.

Phylitis ramoſa.



Naſcitur

Digitized by Google

De Phyllitide ramoſa. Cap. XXXI.

Naſcitur in Cretæ inſulæ (vt audio) locis humidis & opacis ſtirps maxime folioſa, quæ foliorum viridi colore, viſum maxime delectat. Hæc caules fert ab vna radice multos, quippè numero viginti, & plures etiam longos binis ferè cubitibus, tenues, quadratos læues, ex vno latere fiſſuram per longum habentes, circa radicem tomento veluti quodam obſitos. Hi ab extremo vſq. propè radicem ſemipalmo folioſi admodum ſpectantur adeo vt densè vtrinque folia habeant, longa digiti parui craſſitie in acutum deſinentia in neruum acta vtrinque per latum densè rectis lineis ſignata lanceam longam figura æmulantia, quadatenus paruis phyllitidis ſimilia, anguſtiora tamen rectè ex oppoſito poſita eò ordine & frequentia vt in filicis maris, vel lonchitidis aſperæ caulibus cernuntur. Nitũtur verò ij caules, vnica radice lignoſa, dura, craſſa, inæquali ſcabra, in rotundum abeunte, quæ vndequaq. obtegitur radicibus fibroſis, paruis, tenuibus, nigerrimis rectè, obliquèque deorſum actis, ſimul circũ ipſam ita ſtipatis, vt interius quæ eſt, radicem non videas, neq. diſcernas. Tota planta inodora eſt, auſteri guſtus & excalfacientis, quæ excalfactio tardè in lingua ſentitur, tardèq. reſoluitur, itaut diù duret. Hæc planta neq. florem neq. fructum, neq. ſemen vllum profert, quam plantam auderem affirmare neq. antiquis ſcriptoribus, neq. recentioribus fuiſſe notam, tametſi ex feruore intenſo, quo linguam afficit, fuiſſe in caliditate admodum efficacem. Nos ipſam phillitim à foliorum numero quaſi folioſa dicatur, nominauimus, ramoſã, quod ramos numeroſos proferat. Quicquam certi de eius vſibus ad medendum, non deprehendimus.

Tragacantha altera.



Pulcher-


Digitized by Google

De Tragacantha altera. Cap. XXV.

PVlcherrimam plantam ex Creta accepi pro Tragacantha altera miſſam, quæ nititur radice longa, craſſa, lignoſa, colore nigra, à quo quatuor, aut plures exeunt caules nigri, rotundi duri, lignoſi, qui in complures ramulos diuiduntur nigros, ſubtiles, breues, totos ſpinis multis, albis, armatos, ſed in ſummitatibus habent ſpinas quaſdam germinum inſtar, foliolis paruis tenuibus ex vna tantum parte, preditas, in quibus ſurculorum ſummitatibus flores parui, prioris Tragacanthæ ſimiles cernũtur, atq. ab ipſis ſuccedunt ſiliquæ paruæ Tragacãthæ itidem proximæ, tota hæc planta eſt veluti ſimilis echino, radix inſipida eſt, ſed aliquantulum odorata, cuius & vires, & vſus ad medicinam ſunt igno ti omnino; Petrus Bellonius in lib. ſecundo ſuarum Itinerariũ obſeruationum ita, ſe in Ida monte duo Tragacanthæ genera vidiſſe.

Echinus,

Echinus, ideſt Tragacantha altera.



Mirum

Digitized by Google

De Echino,ſeu de alia Tragacantha. Cap. XXVI.

Irum eſt Honorium Bellum, Echinopodā, de qua egimus ante, Echino comparaſſe, cum parum qui dē cum Echino, aut nihil cōueniat, qualis ex ſtirpibus congruentius Echino cōparari poterit Tragacantha altera,de qua nuperrimè, atq. longe plus Tragacanthæ ſpecies de qua nunc agimus. Planta eſt parua echini terreſtris magnitudinis,figuraq. orbiculatis tota,terræ inhærēs, & duos latos digitos ſupra terram eminens,atq. radicem vſq. ad ſurculorum medietatem terræ affixam habens,in parte interna,qua terræ adhæret apparent ramuli breues, ſubtiles,nigri,multi, densè ſimul ſtipati à multis radicibus paruis,tenuibus,ſimul coniunctis,terra occultatis,proficiſcentes, deſinentes,in ſpinas paruas,breues,acutas, tenues, latas, albicantes in extremo ſtellatim modo compoſitas nudas foliis,vnde ſuperficies partis extimæ non plana, ſed ad rotunditatem inclinata cernitur tota ſpinis denſiſſime ſimul ſtipatis vndiq. horridæ, armata, quæ ſpinæ ex germinibus ramulorum, qui innumeri ſunt, in orbem ſtellarum modo deſinētes totam ſuperficiem complent; ex germinibus innumeri floſculi hyacinti floribus ferè figura ſimiles,ſed longè tamen minores, à quibus techæ, paruæ,oblongæ,vt in altera Tragacantha vidimus totā echini dorſum exornant. Mirabilis natura, quæ Echinum animal herbaceum produxiſſe viſa eſt;non Echinopoda, echinus vocari debuit,cum nihil cum Echino etſi in ei bene diffundatur, conuenit,ſed hęc Tragacanthæ ſpecies quam hic deſcribere poſſimus. Quam plantam genere Tragacantharum comprehēdi oportere, nos quoque vna cum amico, qui ad me ipſam ex Creta miſit, facile credidimus. Hanc Græci Caloſcirrhida nominant.

De Tragacantha quarta, vel de Sparthio alio ſpinoſo. Cap. XXVII.

NOnnulli ad Tragacanthas referunt fruticoſam plantam, ſpinoſam, habentem ramos plures, lignoſos, duros, colore nigreſcentes à quibus procedunt ſurculi parui, tenues in ſpinas cruciatas deſinentes, duras, & acutas, ſurculi verò veſtiuntur foliis oblongis circumquaquè inordinatim poſitis, latiuſculis, geniſtæ vulgaris, ſeu ſparthii proximis, ſimul ferè circũ ita ſtipatis, vt cauliculos folia occulant, ſi flores & fructus vidiſſemus, melius quæ planta ſit iudicare potuiſſemus facilius ad Sparthios ſpinoſos, quam ad Tragacanthas eam referendam eſſe, inclinabimus.

Digitized by Google

De Scamonea Macroryza. Cap. XXVIII.

EX Creta inſula olim plantã accepimus Scamoneæ,in omnibus cum Scammonio Syriaco conuenientẽ, hoc excepto,quod nõ habet radicẽ craſſam,ſed lõgam,ſolummodoq. vt pollex craſſam,vnde Scammoneam macroryzam,ideſt longæ radicis,hanc plantam vocauimus, lacteo verò ſucco madet, quò vtuntur plures purgationis gratia, purgandiq. preſtantia haud cedere Syriaco Scammonio deprehenſum eſt.


Digitized by Google

De Tithymalo arborea. Capi. XXIX.

Naſcitur tithymalus arboreus in Creta inſula ad hominis altitudinem, ac ampliorem etiam. Nititur radicibus multis, longis, tenuibus, albicātibus hinc inde in terram rectè actis ad caudicis principium ſimul concurrentibus vel ex caudicis principio venientibus. Caudex altitudine hominis attollitur, craſſus, rotundus, à quò ſurculi plures recti, viſcidi, tenues, in vmbellæ modum ſimul feruntur folijs longis, characias tithymali tenuioribus circumquaque inordinatim veſtiti. In horum ſummitatibus flores veluti in vmbellis paruis cernuntur à quibus ſemina parua rotunda alba ſuccedunt, tota planta lacteo ſucco turget. Cuius vſus eſt ad purgandum, educit enim per ventrem ſemioboli menſura bilem pituitam atq. ſeroſum humorem, calida ſiccaq. eſt ſupra ordinem tertium quo inurit, inflamat, vlceratq. Petrus Bellonius in lib. primo itinerarium obſeruationum ca. 17. inquit ſe in Ida monte vidiſſe tithymalum dendroidem duorū hominum altitudine, & caudice humanæ coxæ craſſitie.

Tythymalus.

Tytymalus Cypariſſius.



Subiecimus

Digitized by Google

De Titymalo cipariſſio. Cap. XXX.

SVbiecimus hic libenter imaginem titymali cipariſſij cretici, vt affabrè delineati, vt ſtirpium varietate, qui delectantur videant, quantum interſit hæc planta ab ea quam alij deſcripſeruntq́, quæque apud nos naſcitur. Naſcitur.n. tithymalus cipariſſius cubitalis altitudinis ab vna radice craſſa, longa, lacteo ſucco turgente, producente caules multos, quorum plures exeunt à caule craſſo à radice quatuor digitos in altum proficiſcente, tenues, graciles, iuncei, paruis capilamẽtis breuibus, multis, tenuibus, pini folijs, ſimilibus veſtiti, propè caudicem nudi, ſed veluti punctis nigreſcentibus maculati, in quorũ cymis ſinguli vmbellam ex tribus aut pluribus cauliculis conſtantem, & in principio vmbellæ ſinguli caules vtriq. vnum foliolum, oblongum paruũ, in extremis acutum myrti folio ſimili, minus tamen, & tenuius, quilibet etiam vmbellæ cauliculus circa medium vtrinq. foliũ priori ſimile, & minus à quo cauliculus vſq. ad extremũ ſpicæ modo fert foliola ex vna parte inclinãtia alijs longe breuiora, latiora, cũ floribus paruis, læucoij ſimilibus atq. fructibus paruis triquetra figura, ſemẽ paruum rotundum, album pipere minus. Diximus ex radice exire caules plures, longos, graciles, propè radicem folijs nudos, punctis multis dẽsè emaculatos, qui vſq. ad vmbellam foliis minutis & tenuibus, veluti capilamentis, pini foliis proximis vnde hæc planta cypariſſa dicta eſt. Singuli caules ante vmbellarũ exortum vtrinq. foliũ habent myrti folio proximum, ſed minus & tenuius, poſtea ſuccedunt vmbellæ vt dictum eſt, Inter hoſce multos caules lõgos, graciles, & rectos, nonnumquam vnus vel duo craſſitie minoris digiti, viſuntur, qui in plures itidem cauliculos foliatos diuiduntur quorũ quilibet ſuã in ſummitate vmbellã habet, vti, dictũ eſt, formata. Caules ij craſſi, quoad ĩ caules diuidũtur, nudi sũt, atq. pũctis emaculati, tota plãta dũ recẽs eſt lacteo ſucco madet, quo ĩdigenæ tãquã purgatorio vtũtur ad purgandũ per ventrẽ pituitoſum, atq. ſeroſũ humorẽ.

Phylitis ramoſa.



Naſcitur

Digitized by Google

De Phyllitide ramoſa. Cap. XXXI.

NAſcitur in Cretæ inſulæ (vt audio) locis humidis & opacis ſtirps maxime folioſa, quæ foliorum viridi colore, viſum maxime delectat. Hæc caules fert ab vna radice multos, quippè numero viginti, & plures etiam longos binis ferè cubitibus, tenues, quadratos læues, ex vno latere fiſſuram per longum habentes, circa radicem tomento veluti quodam obſitos. Hi ab extremo vſq. propè radicem ſemipalmo folioſi admodum ſpectantur adeo vt densè vtrinque folia habeant, longa digiti parui craſſitie in acutum deſinentia in neruum acta vtrinque per latum densè rectis lineis ſignata lanceam longam figura æmulantia, quadatenus paruis phyllitidis ſimilia, anguſtiora tamen rectè ex oppoſito poſita eò ordine & frequentia vt in filicis maris, vel lonchitidis aſperæ caulibus cernuntur. Nitũtur verò ij caules, vnica radice lignoſa, dura, craſſa, inæquali ſcabra, in rotundum abeunte, quæ vndeq uaq. obtegitur radicibus fibroſis, paruis, tenuibus, nigerrimis rectè, obliquèque deorſum actis, ſimul circũ ipſam ita ſtipatis, vt interius quæ eſt, radicem non videas, neq. diſcernas. Tota planta inodora eſt, au ſteri guſtus & excalfacientis, quæ excalfactio tardè in lingua ſentitur, tardèq. reſoluitur, itaut diù duret. Hæc planta neq. florem neq. fructum, neq. ſemen vllum profert, quam plantam auderem affirmare neq. antiquis ſcriptoribus, neq. recentioribus fuiſſe notam, tametſi ex feruore intenſo, quo linguam afficit, fuiſſe in caliditate admodum efficacem. Nos ipſam phillitim à foliorum numero quaſi folioſa dicatur, nominauimus, ramoſã, quod ramos numeroſos proferat. Quicquam certi de eius vſibus ad medendum, non deprehendimus.

Digitized by Google

Anchuſa Arborea.



Denſè

Digitized by Google

De Anchuſa arborea. Cap. XXXII.

DEnsè arboreſcit planta, quam accepimus ex Creta, ex craſſo caudice, qui à craſſa oritur radice, longa, dura, lignoſa, colore ruffeſcente inæquali, digiti maioris craſſitie, ſcabro cortice, tenui, nigro, ligno duro ſub ruffeſcente, qui in plures caules diuiditur, & caules in multos ſurculos, graciles rotundos, ſcabros inæqualiter foliis veſtitos, namq. circa ramorum cauitates folia multa ſcilicet, ſeptena, & quandoq. nouena, parua, oblonga ſatureiæ ſimilia, in extremis acuta, ſed dura, nigricantia, in neruumque acta, circum vndiq. paruiſſimis veluti ſpinulis albis, vt in anchuſa aſpera ſimul germinis modo poſita. In ſurculis verò rectis, tenuibus, ęqualibus, folia alio ordine ponuntur, ſcilicet vnum poſt aliud quodam ęquali interuallo circumpoſitum eſt, in quibus rara folia eſſe cernuntur, In ſummitatibus verò flores producuntur parui quadantenus anchuſæ vulgaris ſimiles, colore purpureo in phæniceum inclinante, à quibus ſemen haud anchuſæ ſemini diſſimile ſuccedit. Hanc ſtirpem nomine anchuſæ arboreæ ex amico accepimus, fortaſsè qui eam ex radice ſub ruffa, quæ manū tingit, ex foliis, quadantenus anchuſæ foliis ſimilia, figura ſcilicet, & ſpinularum aſperitate. atq. demum multò plus ex floribus, admodum, & magnitudine, & figura & colore anchuſæ floribus proximis, hanc plantam anchuſarum genere comprehendi oportere iudicauit. Quod an rectè fecerit, alii iudicabunt, Hoc vnū dicam cum anchuſis Dioſcoridis, vel nihil, vel parum conuenire. Quò etiam dicemus, verè quidem hanc plantam non eſſe anchuſam, potuiſſe verò à quadam ſimilitudine, ſiue conuenientia, quam in colore radicis, foliorum, figura, aſperitateq. & in floribus cum anchuſis videtur habere. Vires & vſus ipſius ignoti ſunt. Radix inſipida ferè omnino apparet, & inodora.

Digitized by Google

Solanum ſomniferum Antiquorum.



Verum

Digitized by Google

De Solano ſomnifero antiquorum. *Cap. XXXIII.*

VErum Solanum ſomniferum antiquorũ naſcitur in Creta inſula, bicubitalis, & ex amplioris etiã altitudinis, producitq. ab vna radice grãdi, non multũ craſſa lignoſa albo cortice veſtita fętida & inſipida, tres, aut quatuor, aut plures etiam caules, craſſos, rotundos, rectos, fractú difficiles, albicantes, à quibus ſurculi alij exeunt, aliquando vero vnus ſolummodo ſtipes oritur ex radice qui in multos caules diuiditur, qui longi ſunt recti rotundi albicantes, folijs veſtiuntur non vtrinq. binis ſimul, ſed ſingulis alternatim circum ramulos à ſuis pediculis longis ſurſum pendẽtibus, mali cytonei folia magnitudine & figura, æmulãtibus, in quibus, & in ramis quædam humiditas reſudat, quæ manui adhæret, In cauliculis verò iuxta foliorum ſinus interfolia flores multi, parui, rubri, leucoij figura racematim circum caulem congeſti cernuntur, à quibus folliculi parui rotundi in acutum terminantes, quadantenus ſtriati ſuccedunt, primo virides, & mox ad maturitatem perducti, rubri apparẽtes, figura planè imitantes ſolani veſicarij veſicas, ſed multo tamen minores, intus habentes granum rotundum fructui halicacabi ſimile, minus tamen, & cum maturuerit rubri coloris euadit. Quibus profectò notis conſtare videtur hanc plantam à nobis deſcriptam eſſe ſolanum ſomniferum legitimum antiquorum, nullis hactenus cognitum, neq. delineatum, quę veritas cuique noſtrum facilè innoteſcet, ſi quæ Dioſcorides de huiuſmodi ſolano ſcripſit, prius animaduerterint, qui de iſthac planta ita inquit, ſolanum ſomniferum fruticat, multis ramis denſis, lignoſis, fractú contumacibus, pinguium foliorũ, cotoneæq. mali ſimilium plenis, flore grandi rubro, fructu in folliculis crocato, radice lõga, ſubrubro cortice veſtita, quæ notæ cum in noſtra planta omnes eluceant, quis quæsò erit, qui audebit negare hanc plantam eſſe recipiendam pro ſolano ſomnifero Dioſcoridis. Accedit etiam quod hæc noſtra planta profert veſicas ſimiles ſolani veſicario, minores tamen, fructum rotundum, rubrum, quem Dioſcorides crocatum.

In lib. 4. de materia med. cap. 76.

catum vocat, quo veſicarium quoq. ideſt halicacabum vocatum eſt. Qua nota ſingulari intelligitur plantam à Matheolo, primo pro ſolano ſomnifico propoſitam, atque à Cluſio confirmatam, quod veſicas non ferat veſicis ſolani halicacabi ſimiles, non eſſe ſolanum ſomniferum antiquorum, Omnes enim antiqui ob id ſolanum ſomniferum veſicarium, ideſt halicacabum vocari dixerũt: Theophraſtus inquit ſolanum ſomnificum eſſe veſicariæ genus, eodem modo & Plinius ait de ſolanis ſcribens, quin & alterum genus, quod halicacabum vocant; Dioſcorides vero dixit quod & halicacabum vocant, quia halicacabum ideſt veſicarium, primo ſecundum genus ſolani eſſe ſtatuerat vt potè quod veſicas maiores granum rubrum continentes producat, vnde ſomnificum, quod facit veſicas paruas, coccineum, ſiue Crocatum colore granum itidẽ continentes; ſecundum halicacabum meritò appellauit. Quibus liquido cuiq. noſtrum conſtabit, noſtram hanc plantam, vel etiam ob hanc notam ſingularem, quod ſit veſicaria, pro legitimo Solano ſomnifero eſſe recipiendã, Dioſcorides hanc vim ſomnificam habere, opio mitiorem ſtatuit. Radiciſq. corticem Drachmæ põdere ex vino in potu dari ad ſomnum inducendum, quòd & Galenus affirmauit, affirmans tertio gradu ſolummodo frigidum eſſe, Fructus ad mouẽdam vrinam maximè commendantur, at ſi plusquam duodecim exhibeantur inducant inſaniam.

Dorycnium

Digitized by Google

Dorycnium.



Digitized by Google

De Dorycnio. Cap. XXXIV.

PLanta naſcitur in Cretæ inſulæ locis maritimis cubitalis & amplioris etiam longitudinis, fruticoſa ſurculis folijſq. maxime denſa, tota argenteo colore in cana, pulcherrima, viſuq. amęniſſima, quam indigenæ Dorycnium appellant ex varioq. in floribus colore, quoddam rubrum, ex rubro flore, atq. quoddā album, ex albo nominant. Itaq. hæc ſtirps densè fruticat, ab vnica radice multis caulibus longis, rotūdis, tenuibus, ſurſum rectè actis, quorū quilibet in alios diuiduntur cauliculos, tenuiſſimos, iunceos, coloreq. argēteos, folijs longis, oleæ & figura & colore ſimilibus, in quibuſdam locis, multis ſimul ab eodem exortù, vt quinis, vel ſeptennis prodeuntibus, ſine caulibus, abſq. pediculo inhærentibus, & in quibuſdam ramulis rariora apparēt, quodam tamen ordine in ramulis grandioribus vtrinque ita poſita ſunt, vt ferè ſemper tria aut plura, vti dictum eſt, conſpiciantur, cauliculi verò ſummi, ſubtiles, recti, aut vnis, aut binis foliolis, quorum vnum maius, alterumq. longè minus, vi ſitur, circum poſitis certo interuallo, veſtiuntur. Qui cauliculi in ſummitatibus flores habent frequēter trinos aut quinos, aut longè plures oblongos, campanularum inſtar à paruis oblongiſq. veluti ſuis calycibus, ſimul vmbellæ ferè in modum prodeuntes, quorum quidam rubri ſunt, & quidam albicant. Verum album dorycnium à rubro videtur in quibuſdam differens, quale verò à floribus ſemen ſuccedat, nos qui plantam cum floribus ſolummodo miſſam vidimus, neutiquam cognoſcere potuimus, Radix longa, & craſſa cernitur, cortice nigro, dura, & lignoſa, & inodora, & inſipida. Hæc eſt planta pro Dorycnio nobis miſſa, cujus quidem notæ ſi accuratius coſiderentur, & cum illis quas Dioſcorides de Dorycnio, expreſſit, comparentur, proculdubio hanc plantam à Dorycnio Dioſcoridis haud planè abhorrere cōprehendemus. Nos profectò non latet plures antiquorum per Dorycnium intellexiſſe ſuccum quendam venenatum, quo in prælijs cuſpides haſtarum, atq. tellorum, illinentes venenabant, quo

etiam

Digitized by Google

etiam venatores ad feras interimendas in venatione vtebantur, quod genus dorycnij ceruarium Plinius appellauit, crediditſſeq. viſus eſt ſolanum maniacum eſſe huiuſmodi Dorycnium, at Dioſcorides longè diuerſam plantam pro Dorycnio cognouit, ſoporiferam radicem habentē, quo ſolanum ſomniferum Dorycnium vocari dixit. At dorycnium ab ijs diuerſum, cum quo hæc noſtra planta conuenire videtur, hiſce notis expreſſit, dicens. Dorycnion Crateuas halicacabum, aut caleam vocat. Frutex oleæ nuper prodeunti ſimilis. Naſcitur in petris non procul à mari ramis cubito minoribus, folijs oleæ ſimilibus colore, minuſculis, firmioribus, præter modū ſcabris, flore candido, ſiliquis in cacumine, ceù ciceris, denſis, rotundis quinis, intus aut ſenis ſeminibus, exigui erui magnitudine, leuibus, firmis verſicoloribus. Radix ad digiti craſſitudinem & cubiti longitudinem adoleſcit. Atq. à Dioſcoride expreſſa fuit hiſce notis: Dorycnij planta, à qua haud diſſimilis nobis viſa eſt noſtra hæc planta, Etenim frutex eſt, oleæ recēter prodeunti ſimilis, quod ramulos rectos foliis, & figura, & colore oleæ ſimilibus, ſed minoribus, veſtitos habeat, quod in ſummitate caulium, & flores albos & ſiliquas ſemina continentes, ferat, atq. radici nitatur longa, digiti craſſitie, quam creditur ſomniferam eſſe. Adde Græcos omnes in ea inſula hanc plantam Dorycnion appellare, quibus conſtabit hanc plantam ad Dorycnion Dioſcoridis verius, quam quæuis alia ſtirps ab aliis pro Dorycnio inuenta, atq. propoſita, accedere.

In lib. 4. de mate-ria med. c. 64.

Chamæpeuce.



Chamæ-

Digitized by Google

De Chamæpeuce. Cap. XXXV.

CHamæpeuce Cretica itidem planta eſt fruticoſa ab vna radice producẽs multos caules lõgos, tenues rectosqui circa ſummitatẽ in breues etiã multos, cauliculos tenues, diuidũtur qui flores producũt. Caules verò folijs longis tenuiſſimis candicantibus densè circumquaq; veſtiuntur piceæ ſimilibus, à quibus Chamæpeuce dicta eſt. Mirum eſt cur Plinius Chamæpeucẽ laricis folio ſimilem fecerit, crediderítq. exinde nomen inueniſſe cum picea πεύκη Græcis dicatur, vnde Chamæpeuce quaſi picea humilis vocata eſt, ſi folia laricis vt apud Plinium legitur habuiſſet, Chamælaricem, & non Chamepeucen à Grecis vocatam fuiſſe, credendum eſt, quare dicamus hanc plantam folia piceæ ſimilia habere non autem laricis, vt cum errore apud Plinium illud legatur. Perperam etiam nonnulli Græci codices apud Dioſcoridem Chamæleucem legunt: Cũ hæc planta Plinio auctore farfugium, ſiue tuſſilago quædam ſit. Itaq. caules noſtræ plantæ folijs piceæ ſimilibus veſtiũtur. In cauliculorum verò cacumine flores multi producuntur cyano ſimiles, à craſſiori calyce ſquammato prouenientes, colore in vinoſum albicantes, quibus ſemina ſuccedunt cyani haud diſſimilia. Tota plãta radice nititur ſingulari obliquè in terram acta, tenui atq. lignoſa, colore albicante, ijſq. notis hãc noſtram plantam à chamæpeuce non abhorrere quiſq. cognoſcet. Radix ſubadſtringente atq. excalefaciente qualitate guſtum inficit. Quo primo ordine calidam ſiccãq. eſſe, oportebit. Quo comminuet & extenuabit craſſos humores atq. ab infarctũ viſcera liberabit, flatuſq. digeret, hinc Dioſcorides dixit conciſam ſeu tritam ex aqua epotam dolores lumborum tollere. De Chamæpeuce vero ex verſione Marcelli Virgilij ita habet, Chamæpeuce Latini pariter chamępeucem dicunt facit ad lumborum dolores, in quem vſum cõciſa in aqua bibitur, ſunt qui herbam colore vndiq. herbaceo deſcribant foliolis ramiſq. inflexis, & roſeo flore.

In li. hiſt. natural. 24. c. 15.

In li. 4. de materia med. ca. 122.

Tragori-

Tragoriganum.



Tragori-

Digitized by Google

De Tragorigano. Cap. XXXVI.

TRagoriganum duplicis differētiæ prouenit in Creta, vnum folio & ramo maiori craſſiorique folijs aſperioribus, atq. alterū minus & tenuius, vtrūq. multis ramis ab vna radice fruticat, duris, lignoſis, ſubaſperis, tenuibus, qui hinc inde ferūt plures ramulos paruos, rectos, rotundos, graciles, vtrinque in ramis quibuſdā interſtitijs ſeruatis, poſitos, qui foliolis paruis, thymi latioribus, nigricantibus, vtrinq. plerūq. binis poſitis, quorum vnum maius, alterumq. minus, densè veſtiuntur, ramos vero, in quibus flores ſunt, veſtiunt vtrinq. trina & plura inuicem oppoſita folia, maioris tragorigani maiora, & aſperiora, circum, pilos aſperos duriuſculoſq. habentia, in extremis caulibus, flores circum poſiti ac ſimul congeſti, vt in marrubio, cærulei, parui, ſuauiterq. olentes, cernuntur à quibus ſemen minutum producitur. Tota planta nititur radice parua, tenui, lignoſa, in alias radiculas tenuiores, diuiſa. Vniuerſa plāta ſpirat odorem ſuauem, guſtuiq. non leuem acrimoniam inducens, & excalfactionem. Honorius Bellus credidit hanc plantā eſſe thymbram, de qua re in ſequenti capite nos accuratius: Vnde calida ſicca facultateq. eſt ſupra ſecundum exceſſum. Cum folia tum flores calorem ſtomachi præ langueſcētem reſtituunt roborantq. cum etiam leui adſtrictione nō careant. Morbis frigidis valenter remedio ſunt, flores ad Dracmam, & folia, ex vino, aut ex alio liquore, epota. Mēſes in mulieribus efficaciter mouent vterumque refrigeratum calefaciunt flatusq. digerunt, & ex vino epota planta, tam eius decoctum epotum. Obſtructo, lieni atq. indurato dantur folia ex aceto decocta plures dies magno cum iuuamento. Decoctum ex cymis iſtiuſce plantæ paratum, pręter eas vtilitates quas diximus afferre id etiam habet, quod purgat, (vt auctor quoq; eſt Dioſcorides) per ventrem bilem flauam.

Thym-

Thymbra.



Creſcit

Digitized by Google

De Tymbra. *Cap.* XXXVII.

CReſcit in aſperis locis planta thymo ſimilis, ſed ramulis thymi graciliorib. minoribus, atque tenerioribus, qui vtrinq. habent alios ſurculos, graciles non ex oppoſito poſitos, obliquè actos, folijs thymi, ſed tenuioribus, & mollioribus, herboſi coloris vireſcentis, multis ex oppoſito inuicem caules teneros ambientibus, Cauliculi verò in ſummitate ferunt floſculos purpureſcentes modo inter foliola, ſpicæ modo. Exili radice tenui, longa, lignoſaq. nititur, Thymo hæc ſtirps ſimilis eſt, ſed minor in altitudine, & eò longè ramulis ferè in orbem expanſis, latior, ac ad terram depreſſior. Tota eſt odorata, odorem ad thymum quadantenus inclinans, non minuſq. & acri ſapore thymum itidem ſimulat. In ciborum condimentis vſum habet, & in medicina non minus ad mouendos menſes in mulieribus, vrinam, & eius decoctum plurimum valet in tuſſientibus ex melle ad excrementa in pulmonibus infarcta extenuanda, detergenda, atq. ad ſputum, facilitanda. Calida ſiccaq. eſt vt ex acrimonia conijcitur, vſq. ad ordinem tertium inciſoriæ facultatis, ac efficaciter digerentis, atque reſoluentis. Nos hanc plantam ſyluestrem ſatureiam Dioſcoridis legitimã eſſe credidimus, quod & notis, & viribus ei maxime conuenire videatur. Honorius Bellus qui multos annos in Cretæ Cidonia ciuitate vixit honorabiliter, ac per honorificè ibi medicinam faciens, miſit ad Carolum Cluſium pro Syluestri ſatureia, ſiue thymbra eam plantam, quam nos ſuperiore capite, pro tragorigano recipiendam eſſe, probare ſtuduimus, eamque pręſertim eſſe maius tragoriganum, ſed certè vt ingenuè fatear, crediderim hanc nunc ſtirpem propoſitam eſſe legitimam ſyluestrem thymbram. Quo pactò enim noſtrum maius tragoriganum thymbra eſſe poterit Dioſcoridis? cum tragoriganum thymo neq. magnitudine, neq. folijs, neq. floribus, neq. ſapore, & odore ſimile ſit, quam ſimilitudinem in-

quit thymbram habere cum thymo oportere. Etenim tragoriganum thymo maius eſt, ipſoq. & non minus ramis duris conſtat foliaq. longè maiora thymo habet, & non minus dura, præterea non habet ſpicas florum plenas, vt expreſſit Dioſcorides de thymbra nāq. flores in ramulis per interualla circum ſimul non ſpicæ modo, ſed vt in marrubio cernimus. Quibus noſtrum tragoriganum thymbram Dioſcoridis eſſe quidem non poterit.

Stratiotes

Digitized by Google

Stratiotes millefolia Cretica.



Digitized by Google

De Stratiote millefolia Cretica. Cap. XXXVIII.

STratiotes millefolia in Creta Inſula naſcitur circa ſemitas multò differens ab ea, quam hactenus herbarij cognouerint. Frutex eſt cubitalis ferè altitudinis ab vna radice producens caules multos longos, rectos maiori ex parte obliquè furſum actos, rotundos lanugine candida, pubeſcentes cortice tenui exterius candido intus vna cũ ligno ſaueſcente folijs ordinatis ſpatijs, caulibus circum alternatim rarius inhærentibus, longis vtrinq. foliolis, paruis, denſis, vt in Acaciæ Aegiptiæ, poſitis, albicantibus, at minus quam rami in ſummitatibuſq. ipſorum vmbellæ anethi modo floribus candidis tanaceti proximis apparent. Caules verò ipſorum multi nondum adulti, vt floreant, ſed inſtar germinum potius à medio vſq. ad extremum, eodem ordine quo folia inhærent ramis circum habent præter dicta folia longa, ex quorum radicibus producũt ramulos tenues, breuiores quã ipſa folia ſint, candidos, in extremo ferentes veluti germen cãdidum, tomentoſum multis foliolis, quippe ſex, ſeptemuè breuibus craſſis ſemperuiui minoris, ſeu vermicularis ſimilibus germinis modo ab eodem ortù prodeuntibus ſimulq. ſtipatis, refertum. Hi verò ſurculi à medio vſq. in extremum densè ijs tomentoſis germinibus veſtiuntur quolibet germine ex ijs habente in exortù vnum vel duò folia longa ex ijs quæ in aliis caulibus cernuntur. Hanc ſanè ſtirpem Græci omnes vocant ſtratiotem chiliophillam, proq. vero ſtratiote millefolia accipiunt, atq. ex vſu in medicina eam antiquorum eſſe legitimam putant præſertimq. cum iſtiuſcæ plantæ notæ maximè conueniant cum ea, de qua Dioſcorides ita ſcripſit. Stratiotes chiliophyllos exiguus frutex palmi altitudine aut amplius aſſurgit, foliis auicularum pennas imitãtibus breui admodum diſſectoq. foliorũ exortù. Folia ſylueſtre cuminum ſimulant, præſertim breuitate, atq. ſcabritie, breuiora, paulò denſiore vmbella, & pleniore, ſurculos in cacumine gerit exiguos & capitula in modum anethi, flores paruos, cãdidos. Naſcitur in

aſperis

Digitized by Google

aſperis agris pręcipuè circa ſemitas. Eximii vſus ad vlcera recẽtia, inueterataq. profluentem ſanguinem & fiſtulas. Nõ poſſum nõ fateri ex hac Dioſcoridis deſcriptione difficulter poſſe cognoſci ſtratiotem chiliophyllum quò herbarum ſcriptores merito ambigunt de planta quæ pro ſtratiote militari ſit recipienda. Dioſcorides ne verbum quidem de totius plantæ tomentoſa lanugine candida, foliorum cognitio admodum confuſa videtur, Plinius ſuum millefolium eſſe vnicaulem ſtatuit cum noſtrum numeroſos habeat, Dioſcorides vmbellarum capitula eſſe in modum aneti, cum longè maiora tanaceti ſimilia videãtur. Suſpicor ex iis textum Dioſcoridis non eſſe ſine vitio, ex quo iſtiuſce plantæ merito cognitio reddita eſt confuſa. Crediderim tamen hanc noſtram plantam propoſitã eſſe legitimum ſtratiotem chiliophyllum, & quod Græci eã (vt etiam Honorius Bellus in epiſtolis ad C. Cluſium ſcriptis non negat) μύριοφυλλον vocent, & quod hæc planta frutex ſit, & quod folia auicularum pennas imitari videantur, neq. foliola figura à cumini ſylueſtris abhorreant, ſit vmbellifera habeatque vmbellas denſas, & plenas, in ipſiſq. flores cãdidos, & eos vſus in medendo, habeat, quos expreſſit Dioſcorides ad vlcera ad fiſtulas; atq. ad ſanguinis profluuium, tota planta argenteo colore ſpectatur, modicè adſtringit, cum quadã amaritudine quo ſiccat, calefacit, detergit, adſtringit, conglutinat vlcera, roboratq. Folia trita ad drachmam ex vino auſtero dãtur vtiliſſime ad Cruentam expuitionem non minuſq. etiam ad muliebre profluuium atq. ad menſes immoderatius profluentes. Idem poteſt ſuccus foliorum in peſſis inditus, atque epotus Gonorrheam nõ gallicam itidem ſanat eodem modo epotus. Puluis foliorum aſperſus & ſuccus etiam illitus vulnera recentia conglutinat, & vlceribus antiquis vel etiam fiſtuloſis remedio eſt, & hæc de Miriophyllo Cretico dicta ſint.

Gaidaro.

Gaidaro thymum.



Noua

Digitized by Google

De Gaidaro Thymo. Cap. XXXIX.

NOua quoq. planta in Cretæ locis aridis naſcitur quam Gaidarothymum Cretenſes vocant id- eſt aſininum thymum, fortè quod eò pabulo aſini delectentur, nihil enim cum thymo conuenire videtur. Fruticat ſemicubitum alta in orbem terram verſus diffuſa multis ſpinis, horrida, folia habet non multa, longa, digiti minoris latitudine aliquantulum in extremo acuta, abſq. petiolis ramis adhærentia, quæ vndique ramos inordinatim veſtiunt qui quadranguli ſunt cinerei coloris ſicuti folia, ramuliq. vtrinque exeunt in ſpinas veluti paruas multaſq. cruces facientes, quæ ſpinę durę ſunt atq. acutæ. Flores ferè in ramorum ſummitatibus producit vtrinq. in ramis ex oppoſito vni, vel bini. ſaluiæ floribus, & colore & figura minores tamen & inodori, & inſipidi ſunt ſimul cum tota planta. Radice hæc planta nititur longa, lignoſa, cuiuſuis & odoris, & ſaporis experte. Hæc planta primum deſcripta eſt à Bello, & poſtea à Cluſio quam diligenter, cui placuit ſtachym ſpinoſam hanc plantam nominari, & cum cuius vis & odoris, & ſaporis ſit expers non video, vt poſſit ſtachys, niſi eam ſtachym, ex foliorum figura inodorã & ſpinoſam vocare voluerimus. In Epiſt. Honorij Belli ad C. Cluſium.

Ladanum Creticum.



In Creta

Digitized by Google

De Lodano Cretico. *Cap. XL.*

IN Creta Inſula naſcitur vbiq. locorum ferè ciſtus, ladani ferus, ex quo Cretenſes ladanum colligunt, tantopere vſui, & medicinę, & odoratorum ſuffituum cognitum. Hæc planta fruticat ab vna radice multis ramis, longis, lignoſis, duris, ad cubitalem, ac etiam ampliorẽ altitudinem ciſti maris foliis, ſed longioribus ſaluiæ proximis ramis æqualibus ſpatiis adhærentibus plerumq. ex oppoſito binis aut pluribus etiam ab vno exortù prodeuntibus odoratis atq. per eſtatem manibus ex quodam lentohumore maxime adhærentibus. Flores vero in cauliculorum cacumine exeunt purpurei, ciſti floribus quam ſimiles, ſed maiores tamen, à quibus ſiliquæ paruæ, rotundæ, oblongæ, inuolucro rotundo contentæ, colore nigreſcentes, minuta ſemina nigra continentes. Tota planta eſt odorata adſtringens, cum humiditate viſcida odorata præſertim foliis inhærens verno tempore, ex quo patet Cretenſes ex hac planta ladanum colligere. Non autem ex illa, quam Andreas Matthiolus, & alii pro ladano receperunt, quæ planta habet folia longa, tenuia, in acuctum deſinentia, foliis ſalicis quadantenus ſimilia, cui etiam plantæ quodam anni tempore humorem lentum, odoratum, inhærere, multi ex recentioribus obſeruaſſe, tradiderunt, nos verò complures plantas ex iis, quæ ciſti ledi genere comprehendi herbarii voluerunt, in variis locis vidimus cuiuſuis viſcidæ humiditatis prorſus expertes. Quo cognouimus eam plantam minime eſſe ciſtum ledum Dioſcoridis, at hanc noſtram quam deſcripſimus, cuius opinionis fuiſſe quoque viſus eſt Petrus Bellonius, qui cum in Creta Inſula plantas perluſtraſſet falſus eſt ladanum non ex vulgari ciſto ledo, ſed ex alia planta ciſto nuncupata ita enim de ea ſcripſit. Non colligitur (ladanũ) è ledo vt veteres exiſtimarunt, ſed ex alia arbuſcula ciſto nũcupata, cuius tanta eſt abundantia vt eius regionis montes iſto veſtiantur, Natura ea eſt vt deflorentibus floribus vernis, abiectiſq. hybernis foliis, nouis frõdibus amiciatur

In 1. lib. ſing. obſeru. c. 7.

ciatur quaſi lanugine pubeſcentibus in proximam æſtatem; quæ per Solis æſtus vliginoſo quodã rore pingueſcunt, quoque ardentiores ſunt calores, tanto abundantior ille ros foliis innaſcitur. Quare colligimus plantam ex quo ladanum colligitur non eſſe ciſtum ledum, ſed hanc quam deſcripſimus, quam multos annos Patauii in fictilibus conſeruauimus, atq. etiam nunc alimus. Quo tempore etiam in quo eam inſulam perluſtrauimus hanc ipſam ſtirpem ladanum eſſe à Cretenſibus accepimus, atq. ab ea Indigenas ladanum colligere. Addimus totam plantam eſſe odoratam, & poſt vernos calores humiditate illa viſcida, odorataq. refertiſſimam, demum cõfirmari hanc noſtram opinionem vel ex eo poſſe credidimus. quo aperte Dioſcorides vbi expreſſerat ciſtum marem habe-

In 1. de materia med. ca. 130.

re folia rotunda de ciſto ledo ita ſubiunxerit, Eſt & alterum ciſti genus, ledum à nonnullis appellatum frutex ſimili modo naſcens longioribus foliis & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam contrahunt pingue, quibus recentiorum nonnullos deceptos fuiſſe haud leuiter ſuſpicatus ſum; ex quo Dioſcorides dixerit, ledum habere folia ciſto longiora, ſibi ipſis perſuaſum fuit eam plantam ciſti ledi vocati ab ipſis eſſe ciſtũ ledum. Qui ſanè neq. parum hallucinati fuerunt, quoniam ledum ab ipſis vocatum habet folia tenuia, longa, nullatenus figura cum ciſti foliis, quę Dioſcorides inquit eſſe rotunda cõuenientia, vnde Dioſcoridem per ciſtum ledum intellexiſſe plantam credidimus in aliis à ciſto differentem, quam quod habeat folia ciſti, ſed longiora quidem, quæ verno tempore humido pingui, odorato infarciuntur. Ex quibus ladanum colligunt. Nos ciſti plantam ledo vidimus prope Clodiam ciuitatem in agro iuxta Brundulum, & foliis, & floribus purpureis totoq. fru tice ſimillimum hoc excepto quod nullo tempore ipſius folia habẽt pinguem, odoratamq. humiditatem, modum quo Cretenſes ex hac planta colligũt ladanum inter pigmenta odoris cauſa maximè expetitum, & commendatũ, & Dioſcorides docuit, & ex recentioribus Petrus Bellonius in primo libro ſuarum itinerariam obſeruationum. Folia ledi efficaciter adſtringunt, ſiccant, quo ad ſanguinis profluuium & ſputum cruentum, atq. ad alias immoderatas fluxiones, euacua-

Digitized by Google

euacuationeſq. cohibendas maxime laudantur. Ladanum vero quod ex ea planta colligunt optimum eſt, odoratum, ſubuiride, facile molleſcens, pingue, quod arenas non collegit, nec ſquallore obſitum eſt, reſinoſum, natura ei ſpiſſandi ex Dioſcorides calefaciendi, emolliendi; Galenus ſcribit hanc ciſti plantam, à regione in qua naſcitur eximiam, peculiaremq. digerentem caliditatem nactam fuiſſe, ladanum vero calidũ ad ſecundum ferè gradum eſſe, & habere paululum adſtrictionis, eſſeq. tenuis ſubſtantiæ moderate emolliens, ariterq. digerens, & concoctorium. Defluentes capillos retinet, ſi cũ vino illinatur cutis, aut ſimul cum mirrha, & oleo myrtino, ex mulſo diſſolutum inſtillatur in aures ad tollendum acutũ dolorem vtiliſſime, idem facit, & cum roſaceo diſſolutum, ex vino verò cicatrices emẽdat. Suffitu in enixis ſecundas educit. Inditum autem peſſis vteri duritiem emollit, aluum ſiſtit cum vino antiquo epotum, & vrinam mouet, vſum non minus habet ad vnguenta odoratiora paranda.

Digitized by Google

Chameciſtus.



Exiguè

Digitized by Google


De Chamæciſto. Cap. XLI.

EXiguè fruticat chamæciſtus vocata planta elegantiſſima ab vna radice magna, in tres diuiſa, longa, craſſa in acutum deſinenti, nullis ab ea pendentibus fibris, colore nigreſcente, quæ radix ſi ad ſtirpem comparetur longè maxima videtur, Ab hac radice exeunt caules multi breues, qui in alios ramulos non diuiduntur, qui foliis ciſti ledi longiuſculis ferè criſpis binis, vel quadrinis ab eodem exortù inuicem oppoſitis æquali interuallo poſitis veſtiuntur, & in cacumine flores ciſti, ſed minores purpureſcentes, à quibus paruæ ſiliquę oblongè nigreſcentes, quæ minuta ſemina fulueſcentia continent. Viribus atque vſibus ad ciſtum accedit, vnde refrigerant folia primo exceſſu, ſiccant ſecundo, adſtringuntque efficaciter, quo ad quodcunq. profluuium vel ſanguinis ſit, vel excrementorum, foliorum decoctum, & etiam puluis tritus ex vino auſtero maxime commendatur.

Pſeudo

Digitized by Google

Pſeudo ciſtus ledum.



Pro

Digitized by Google

De Pſeudo ciſto ledo. Cap. XLII.

PRo Pſeudo ciſto accepimus plantam, quæ ab vna radice longa craſſaque mittit plures ſurculos rectos, rotundos, graciles, foliis fere liguſtri, ſed minoribus, longis, interuallis pauciſſimis, veſtitos, qui vtrinq. inordinatim in plures paruos ſurculos diuiduntur, in quorum ſummitatibus flores ciſti floribus, longè minores apparent, à quibus ſiliquæ, rotundæ, oblongæ, in acutum deſinentes, nigræ minutum ſemen continentes. Tota planta inodora, & inſipida eſt. An quicquam hæc planta ciſti ledi habeat, non audeo affirmare.

Digitized by Google

Pſeudo ciſtus ledum alter.



Pſeudo

Digitized by Google

De Pſeudo ciſto ledo altero. *Cap. XLIII.*

PSeudo ladanum etiam alterum Creticum delineatum hic damus, quod ſanè herba eſt fruticoſa ab vna radice parua, cauliculos plures, molles, obliquorũ foliis myrti, ſed minoribus, & mollibus in nigrum albicantibus, vtrinq. binis, caulẽ certis interuallis ambientibus, à quibus foliis ſimul exeunt flores albicantes parui, à paruis petiolis pendentes, quibus ſuccedunt foliculi parui, rotundi, in acutum deſinentes ciceris magnitudine, colore flaueſcentes, qui ſemina minuta continent, colore itidem flaueſcentia. Facultates atq. vſus non planè latent.

Digitized by Google

Hyoſciamus Aureus.



Naſcitur

Digitized by Google

De Hyoſciamo aureo. Cap. XLIV.

NAſcitur in Creta Inſula Hyoſciami plāta, quæ producit ab vna radice multos caules longos, tenues, ſurſum oblique actos, quadam veluti lanugine obſitos, fragiles, herbaceos, quos folia non plura hederæ terreſtris magnitudine, & figura quadantenus, ad hyoſciami lutei cretici folia, inclinantia, molli veluti lanugine obducta, ambiunt. Flores verò & in caulibus, & in ipſorum cacumine producuntur parui, aurei, ex paruis citinis, non duris, leucoiis luteis ferè ſimiles, ſed tamen maioribus quinq. foliis impari magnitudine ex interna parte deficientibus, vnde ex ea parte quaſi dehiſcat. In medio autem floris, ſcilicet vmbilico, veluti oculus niger conſpicitur, à quo quaſi à centro ad circumferentiam quędam filamenta parua carnei ferè coloris diffunduntur. Flos haud congratum odorem reſpirat. His floribus ſuccedunt parui citini herbacei coloris, nigri hyoſciami multò minores, non duri, ſemina minuta colore flaueſcentia, continentes. Radix eſt parua, longa, craſſa, mollis ac tenera, planta eſt perennis. Hiſce notis cuilibet innoteſcet aureus creticus hyoſciamus. Dioſcorides, tria hyoſciami genera reperiri, tradidit, quippe nigrum, ex nigro ſeminis colore, quod tamquam venenum exitiale ad vſum medicinæ damnatur. Subflauum ex ſemine ſubflauo, quod etſi ipſum etiam ad vſum medicamentorum quadantenus damnatum ſit, quia ambo inſaniam, deuorata, excitant, & ſoporem, tamen albi hyoſciami loco à pharmacopeis accipitur, quoniam album ferè vbique locorum hac noſtra ætate deſideratur. Quod etiam antiquis rarum medicamentū fuiſſe ex Dioſcoride intelligitur, cum dixerit ſuo tempore, pro albi hyoſciami ſubſtituto fuiſſe in vſu ſubflauum, vel ſubrubiū vocatum. Nos vero de albo hyoſciamo in altero libro agemus accuratius. Verum enimuero aureo hyoſciamo altera planta quæ fert flores luteos etiam in Creta inſula naſcens, & ſemina flaueſcentia producens, ſuccedit. Quarum duarum plantarum, ſemina flauo colore cernuntur, & eapropter cum

Digitized by Google

errore pro albo hyoſciamo noſtri pharmacopei iis ſeminibus vtũtur. Galenus de omnibus hyoſciamis perbellè ita inquit, Hyoſciamus cui ſemen nigrum eſt inſaniam ac ſoporem affert, ſed is cui ſemen mediocriter flauum eſt propinquam ei facultatem poſſidet. Verum vtriq. fugiendi ſunt, vt inutiles, & venenoſi, ſeu deleterij. Cœterum cuius ſemen ac flos candidus eſt ad ſanationes vel maximè idoneus eſt, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porrò flos eius quidem cui ſemen eſt nigrum mediocriter purpureus eſt, eius vero, cui eſt ſubflauum leuiter mali colorem refert: ex iis cognoſcitur Galenum hunc noſtrum aureum Hyoſciamum latuiſſe, quoniam eſt & ipſe producens ſemina flaueſcentia, ideſt ex hyoſciami ſecundo genere, qui tamen fert florem aureum, ſed tamen vti diximus vterque & aurei coloris, & ad luteum, ſeu melius, vt inquit Galenus ad mali colorem accedens vnico genere ex ſeminibus comprehenditur, quippe ſubflaui quod Dioſcorides expreſſit, eſſe ſeminis ſubflaui, & floris lutei, ad luteum enim colorem & aureus, & mali ad colorem accedens, accedit. Mirari vehementer non potui hanc plantam, quæ flores luteos, dilutos, ſiue albicantes habet viros complures, alioquin doctiſſimos pro albo hyoſciamo accepiſſe, (quã Mattheolus pro albo hyoſciamo etiam pictam dedit) cum ex colore & ſeminis ſubflaui, & floris ad mali colorem inclinantis ſit procul omni dubio Hyoſciamum ſubflauum. Albus in Aegypto naſcitur qui verè in ſeminis floriſq. colore albicat, de quo nos in altero libro (Deo fauente) agemus. Sed ad aureum Hyoſciamum Creticum redeo. Quam plantam eſſe ſubflauum Hyoſciamum, cum ex ſeminis colore ſubflauo, tũ ex flore luteo audeo affirmare, tametſi C. Cluſius eam pro Hyoſciamo albo acceperit ex Iacobo plateũ; Sed ſi vidiſſet ſeminum colorem ſubflauum in eam non veniſſet ſententiam. Hyoſciamus, & niger, & flauus refrigerat quarto, exceſſu, ſiccatq. vnde partes corporis immodice refrigerando ſtupefacit ſenſumq. adimit, ex quo narcoticum cum ſit dolores acutos compeſcit. Antiquitas habuit in frequenti vſu ſuccum albi Hyoſciami extractum, aut ex ſemine recenti, caulibus foliiſq. contuſis, aut ex ſicco ſemina aqua calida macerato & contuſo, ad

In lib. 8. ſimpl.

ſo, ad

ſo, ad dolores acutos demulcendos, præſertimq. oculorum, vnde colliria ex eo parabantur, & ad aurium itidem dolores acutos, qui vſus tamen horum medicamentorum ſenſum doloris adimētium, quæ narcotica græcis dicta ſunt, optimis profectò medicis ſemper haud leuiter fuit ſuſpectus. Etenim facultatem ſentientem in corporibus diminuere, numquam non damnoſum eſt. Sed de albi Hyoſciami vtilitatibus in altero libro accuratius.

Roſmarino

Roſmarinum ſtecadis facie.



Planta

Digitized by Google

De Roſmarino ſticadis facie. Cap. XLV.

PLanta elegantiſſima mihi ex ſeminibus Creta miſſis pro ſticade nata eſt, quæ ab vna radice lignoſa, tenui, in multas diuiſa emittit caulem qui propè radicem in tres, aut plures ſurculos diuiditur longos, ſurſum obliquè actos, vel geminos, aut tres etiam aliquando longos, rotundos, obliquè ſurſum actos, qui hinc inde inferius ramulis ex oppoſito poſitis ambiuntur, à quibus eodem modo alij ſurculi parui recti exeunt, ſuperius vero caules primarij vtrinq. & ipſi, & ſurculis alijs veluti teneris germinibus ex oppoſito ordinatim poſitis, & folijs veſtiuntur, ſummitates enim folijs veſtiuntur longis, tenuibus, in acutum deſinentibus, ſurculis abſq. petiolis inhærentibus, crebris vtrinq. ex oppoſito poſitis in obſcurum albicantibus, odoratis, ſticadis maxime ſimilibus. Totaq. planta ſticadi ita conſpectui ſimilis videtur, vt omnes ſticadem eſſe dicerent. Flores vero in ſummitatibus inter folia emicant ſinguli ex folijs ſingulis, exeuntes, parui, & magnitudine & figura, & colore floribus roriſmarini coronarij ſimilibus à ſuis petiolis pendentes, quibus deflorеſcẽtibus ſuccedunt, ſingulis, techa parua rotunda, piperis magnitudine & minor etiam ex viridi colore albicans intus minuta ſemina continens. Tota hæc planta obſcurum reſpirat odorem foliorum ſticadis proximum, ſapore vero adſtringit, aliquantum amareſcens cum obſcura caliditate; Vnde viribus accedit ad ſticadem, ſed longè inefficacius, quam ſticas incidit, extenuat, detergitq. craſſos humores, in roborando vero ſticadis vim ſuperat. Verum ipſius ad medicinam vſus, mihi planè ſunt ignoti. Perpetua planta eſt.

Digitized by Google

Arundo Graminea aculeata.



Arundo

De Arundine graminea aculeata. *Cap. XLVI.*

ARundo graminea aculeata naſcitur in ea inſula, prę-ſertimq. in locis humidis ſupra terram ſerpens mirę quidem longitudinis, vt longius quam quinque cubitibus ſerpat, multis ramis, calamos æmulantibus ab vna radice exeuntibus, digiti craſſitie, rotundis, arundinaceis, geniculatis, inter quos medius cæteris tãquam caudex craſſior eſt, & longior, qui hinc inde vtrinq. longis interuallis à ſingulis geniculis, caules producit longos, graciles, geniculatos, quorum maiores ex vna parte à ſingulis trinis geniculis cauliculos paruos graciles, quatuor numero, vel ad ſummum ſex itidem promunt, qui à ſingulis geniculis folia vtrinq. exeunt, inferius lata, (qua latitudine vndiq. calamum à geniculo, ad geniculum veſtiendo oculunt) & ſuperius gracilia, parua, graminea, dura, ſpinarum modo in duros aculeos deſinentia, ex quo hæc planta tota aculeis multis inſtar ſpinarum horret, Caules etiam alij omnes à radice proſilientes eodem modo, & ſurculos producendo, & ad folia ſe habent. Plã ta ſterilis ex toto eſt, neq. florem, neq. fructum, neq. ſemina producens; Nititur breui radice, digiti pollicis craſſitie, à qua paucule radiculæ itidem breues fibroſę exeunt. Ad nos hanc plantam qui miſerunt, ipſam arundinem repentem aculeatã, nominarunt. Verè profectò caules iſtius plantæ arundinacei, aut calamacei apparent, habentes à geniculis ad geniculos calamos, duros, potius ad arundinaceam ſubſtantiam, quam ad gramineam accedentes, Ex folijs verò magis ad gramen, quã ad arundinem hac plãta accedere videtur, atq. etiam viribus, quod ferè inſipida ſit, cum leuiſſima acrimonia, quo temperate frigida, et ſicca primo gradù erit, eſſentię cuiuſdam tenuitatis; At vſus ſunt ignoti.

Digitized by Google

Thlaſpi clipeatum arboreſcens creticum.



Thlaſpi

Digitized by Google

De Thlaſpi Cretico arboreſcente, clipeato. Cap. XLVII.

THlaſpi plantam accepimus arboreſcentem cubitalis altitudinis ramulos multos à breui caudice digiti craſſitie producentem longos, rotundos, lignoſos, à quibus alii ramuli exeunt, qui in ſummitatibus vtrinq. ex oppoſito floſculos paruos, albos habent, crebros, à quibus ſiliquæ paruæ oblongæ depreſſę ſcutorum figura à ſuis pediculis paruis pendentes, ſemen intus continentes rotundum, depreſſum, acre, ramuli ſuperius folia pauca habent longa incana, tenuia in extremis acuta, ſed ramuli inferius ferũt ſurculos tenues, multos, ex quorum vna parte foliola oblonga, tenuia, denſa, ſimul ſtipata, pendent, quę incana ſunt. Radice nititur hæc planta multiplici, tenui, lignoſa, inutili, ſemina acria ſunt, calida & ſicca ſupra ſecundum exceſſum tenuis eſſentiæ, quæ epota vrinam efficaciter mouent, vtilia ſunt ad excrementa in pulmonibus expectoranda.

Verbaſculum ſaluifolium.



Naſcitur

Digitized by Google

De Verbaſculo ſaluifolio. *Cap. XLVIII.*

NAſcitur planta pedalis altitudinis, ab radice ramoſa, quippè ramos quatuor vel plures ferens quadrangulos, duros, lignoſos, rectos, incanos veluti albo tomento, obſitos, aſpero, Qui vtrinq. ex oppoſito ramulos producunt tenues. Folia alba tomentoſa ſaluiæ ſimilia, ſed minora in longum rotunda, magnis interuallis trina ſimul ab eodem exortu prodeuntia ſine petiolis, circa caulium ſummitates circum veſtiunt ipſos per interualla, flores multi in longis rechis tenuibus ſimul ſtipati vt in marrubio, aurei, ſaluiæ floribus figura ſimiles, à quibus ſuccedunt ſemina oblonga, nigreſcentia, radicem habet in plures, tenues longaſq. & lignoſas, diuiſa. Tota hæc planta aſpera lanugine candicat, ſapore ſtiptico guſtum inficit. Nos habemus ſtirpem bicubitalem, & ampliorem huic in omnibus ſimilem, quam pro verbaſco ſyluestre, ſeu ſaluifolio in horto medico Patauino alimus, quadruplo hac noſtra planta maiorem. Quod vero hoc noſtrum verbaſculum non abhorreat à verbaſco ſyluestre Dioſcoridis quiſq. intelliget, vbi memoria habuerit, quæ Dioſcorides de eo verbaſco ita ſcripſit: Syluestre folia fert ſaluiæ, altas virgas & lignoſas, & circa eas ramulos quales marrubium, flores luteos auri æmulos. Namq. noſtrum verbaſculum folia fert ſaluiæ non diſſimilia, & ramos altos lignoſos floreſq. luteos auri æmulos, ſed vnum eſt apud Dioſcoridē quod dubiū facit, quippe quod dixerit habere ramos circū virgas veluti marrubiū, at virgæ marrubij nullos ramulos ferunt, ſed folia, quo Andreas lacuna ait rectius in veteri codice greco legi, folia ſaluiæ ſimilia circum virgas in orbē habeat, vt marrubium, ſed cum marrubium neq. folia circū virgas in orbem habeat, neq. hoc dixiſſe potuit Dioſcorides; crediderum ego de florum paucis inuolucris forè intelligendum, cum & in marrubio, & in verbaſco ſyluestre circum virgas ſint calices ſiue folliculi florum ſimul in orbem ſtipati, vnde poſtea expreſſit. De floribus eſſe luteos aureos Dioſcorides ait Flores aureos capillos tingere, atq. folia ambuſtis eſſe remedio, Galenus inquit: folia habere vim moderate digerendi, & ſiccandi,

In lib. 4. de materia med. c. 105.

Rubea

Rubea arboreſcens.



Rubea

Digitized by Google

De Rubea arboreſcente. Cap. XLVIIII.

RVbea ad arboream accedens naſcitur in Creta, non aſpera, ſed lenisquæ caudice conſtat breui, vt digitus, craſſo, à quo multi exeunt rami recti, rotundi, lenes, per æqualia interualla folijs breuibus, rubiæ minoribus quinq, vel ſex numero, ſtellarum modo circum poſitis lenibus, veſtiti, à quorum cacumine à foliis exeũt duo vel tres ſurculi graciles in alios quoq. diuiſi in quibus vtrinq. ex oppoſito floſculi parui albicantes cernũtur rubiæ non diſſimilibus, quibus ſuccedunt ſemina minutiſſima nigricantia. Radix parua oblonga craſſa in radiculas alias diuiſa rubei coloris. Tota planta nihil aſperitatis habet, amareſcit radix cum quodam auſtero ſapore, quò non diſſimilis facultatis ab eritrodano iudicata eſt. Proindeq. habere facultatẽ purgatoriam, quia & iecur & lienem purgat multã craſſamq. vrinam mouendo, menſes quoq. cit, nec non ea ratione iuuat quoq. articulares morbos, præſertimque coxendicos dolores, atque non minus ictericos ſanat.

Horminum

Horminum Creticum.



Hormi-

Digitized by Google

De Hormino Cretico. Cap. L.

Horminum Creticum eſt planta, quæ folia fert complura humi procumbentia marrubio ſimilia, ſed tamen multo maiora, & longiora, nigreſcẽtia, minus crenata quaſi tomento quopiam obducta, caules producit rectos pedalis altitudinis & ampliores, multos, quadrangulos, nigricãtes, ſubaſperos, in quibus per interualla vtrinq. folia apparent ex oppoſito abſq. petiolis caulibus inhærentia. In ramorum ſiue caulium ſummitate quatuor aut ſex primo foliola, parua oblonga, tenuia coloris violacei florum modo ab alijs folijs planè diuerſa cernuntur, veluti elegantiſſimi flores violacei. Flores vero ex interuallis parui in caulibus verticillato ambitu vt in marrubio aſperi, violacei dilutioris coloris, quibus ſuccedunt ſemina nigra, parua, oblonga, minuta, in paruis longis folliculis deorſum inflexis. Radix parua tenuis, lignoſaq. eſt, in alias radiculas diuiſa. Hanc plantam eſſe horminum ſatiuum Dioſcoridis: Andreas Ceſalpinus in libro 11. de plantis haud iniuria affirmauit cum in hac planta ne vel vna quidem nota deſideretur, ad ſatiuum horminum conſtituendũ. Dioſcorides de iſtiuſce plantæ vſibus ad medicinam, inquit ſemen tritũm ex melle epotũ venerem maxime ſtimulare, & ex melle itidem illitum purgare argema, & albugines oculorum. Ex aqua quoq. illitum tumores digerit, eodemq. ſemine detrito, & impoſito extrahuntur aculei corporis partibus affixi, ad quem vſum magis quidem hormini ſylueſtris herbam tuſam, & appoſitam laudauit: Hæc planta eſt perennis, viuitq. nata ex ſeminibus etiam in Italia, ſed hyeme, vehementer frigida exharreſcit. Præterita enim hyeme, quæ diutius vehementi frigore afflixit peregrinas plantas, innumeras in noſtro Patauino horto hormini noſtri interemit ſtirpes, quas tamen ex ſeminibus iterum reſtituimus.

De Leontopodio. Cap. LI.

VEre quidem leontopodium vt inquit Dioſcorides, herbula puſilla eſt digitalis, foliola quinq. vel ſeptem ferens a b radice exili longa, gracili, tenui, ter aut quatuor digitos longa, hirſuta, quæ iuxta radicem ſpiſſo flocco caneſcunt, & in acutiſſimum deſinentia, Inter folia iuxta radicem aliquot capitula à ſuo cauliculo deorſum tortuosè inflexa, in quibus flos niger, & poſtea ſuccedit ſemen vſque adeo ſpiſſa lanugine inuolutum, vt vix erui queat. Sæpius ex Creta plantam ſiccam accepi, quæ poſtea ex ſemine nata nullis reclamantibus notis leontopodium refert. At vnum addẽdum videtur, quod de Catanãce expreſſit Dioſcorides, ſcilicet hanc plantam areſcentem in terra flecti & ſe contrahi ad ſpetiem vnguium milui exanimati: quam plantam merito Bellus probat eſſe leontopodium, & non catanancem, cum hæc planta non habeat folia coronopi, neque ſemina orobi ferat, at potius pſyllis. Verum crediderim ego fortaſsè lentopodiũ, & catanancem, aut eandem eſſe plantam, aut ſaltem ſpecie non differræ, cum præſertim Dioſcorides de vtraque locutus dixerit ad amatoria expeti.

De Argentea. Cap. LII.

PLantam Creticam ſine nomine accepimus, quam libenter argēteam ex colore argēteo, quo ipſa vndique ſplendet, nominare libuit; Herba ſemicubibitalis & amplior cernitur tota candido tomento molli obſita. Folioſa eſt multa ſcilicet folia proferens longa ab vna radice parua tenui & à caule longo, figura ad paſtinacę hortenſis quodam modo accedentia, ſed longe minora, tota tomento albo molli & candido, obſita. Caulis à radice fertur ſemicubitalis quadrangulus rectus, totus candidus, intus habens medullam albam, mollem, leuem, non leuiter amaram. Iuxta verò & foliorum principium, & à caule cauliculi multi recti, quadranguli, qui in cacumine habent calyces rotundos latos flaueſcentes, paruis ſquammulis obſitos, cyanis ſimiles, ſed breuiores, & craſſiores, in quibus, flores ſimiles cernūtur, aurei, qui in pappos poſtea reſoluuntur. Planta tota amareſcit cum aliquali ſtipticitate. Quidam dixere habere vim purgatoriam, at de ipſius vſibus ad medicinam quicquam certi non habeo.

Leucoium

De Leucoio luteo, vtriculato ſemine. Cap. LIII.

LEucoium luteum Creticum frutex eſt pedalis altitudinis ramulis multis ab radice tenui lignoſa, in paruas radiculas diuiſa, exeuntibus, rotundis, albicantibus, aſperis, in quibus folia multa circum ramulos denſa, ſimulq. ſtipata, alba, leucoij vulgaris minora, in extremis latiora, aſperis pilis obſita, dura, quæ in germinum faſtigijs in orbem veluti aguntur. Ramuli in ſummitatibus, vt in noſtris leucoijs flores producunt plures circum ſtipatos à ſuis longis pediculis pendentes, luteos quinquæ folijs paruos, à quibus fiunt folliculi rotundi colore flaueſcentes ſemina ſuis loculamentis continentes, leucoijs ſimilia, ſed latiora, tamen, albicantia. Planta non eſt annua.

Digitized by Google

De Leucoio cæruleo marino. *Cap. LIV.*

HErbula perelegans viridis atq. mollis ſupra terram luxurioſè ſerpens, cauliculis multis, ab vna radice parua, tenui, exeuntibus obliquè hinc inde humi procumbentibus, folijs leucoij lutei, ſed mollibus atq. coloris herbacei in extremo latiuſculis. Flores vero elegantes cærulei, inodori, plures, in caulium ſummitatibus cernuntur, leucoijs planè ſimiles, tota enim planta elegantiſſimis floribus luxuriat, quibus ſuccedunt ſiliquæ longæ leucoijs ſimiles, ſemen nigrum minutiſſimum continentes. Hæc planta verno tempore incipit ex ſeminibus ferè ſubito nata florere, & flores perſeuerant per totam ferè æſtatem, quoad planta exareſcit. Annua enim eſt. Nullius vſus, quod ſciam, ad Medicinam eſſe creditur.

Verbaſculum Sylueſtre Creticum.



Nomine

Digitized by Google

De Verbaſculo ſylueſtre Cretico. *Cap. LV.*

NOmine arcturi ad me ſæpius ex Creta inſula miſſa eſt elegantiſſima planta herbacea, folijs verbaſci ſylueſtris, ſed nõ ita albicantibus, mollioribus, lanugine alba obuolutis, caule vnico, à radice, recto, longo, quandoque cubitali, quadrato, gracili, exurgit multis pediculis paruis flores aureos blactariæ noſtrati ſimiles, prædito, floribus ſuccedunt folliculi rotundi parui, piperis magnitudine nigri, minutiſſimum ſemen nigrum continentes ex toto blactariæ ſimiles. Quibus ſanè non arcturus hæc planta erit, vt nos eo nomine accepimus, ſed ſilueſtris verbaſci genusi, quam plantam Plinius à romanis Blactariam vocari tradidit, nquitq. eſſe plãtam verbaſco ſimilem, folijs minus albis præditam, floribus aureis, quod vero ad blactarias vulgares hæc planta referri poſſit, à ratione non abhorrere videtur, cum hæc ſit verbaſco ſimilis, floreſq. folliculos, atq. ſemina ita ſimilia vt eadem ferè eſſe videantur, quo non rectè ab aliquibus arction ſiue arcturum creditum fuiſſe, conſtabit, In Italia ſemina ſata facile naſcuntur & planta etiam lætius viuit, modo ab hyemali frigore tueatur, Quibus vero viribus, vel vſibus ad medicinam prædita ſit nondum deprehenſum à quoquam eſt. Eius ſingularis elegantia videtur ſolummodo in florum aureo ſplendore poſita. Hanc Ioanes Pona Veronenſis in ſimplicium medicamentorum ſtudio maxime eruditus ex Honorio Bello in ſuo Baldo accuratiſſime deſcripſit, ipſiuſq. & imaginem dedit, quæ aliquantulum differens à noſtra viſa eſt. Vt de fortaſſe iſtiuſce eiuſdem plantæ varias differentias obſeruari haud erit inconueniens.

Digitized by Google


Cardus pinea Teophraſti cum radice.



Cardui

Digitized by Google

Cardui pineæ Figura altera ſine radice.



Plantam

Digitized by Google

De Carduo pinea Theophraſti. Cap. LVI.

PLantam integram ex Creta accepimus pro legitimo Chamæleone albo. Quæ ab vnica radice exit, foliaq. numeroſa producit, lõga, multa, ſimul à radice prodeuntia, vt digitus lata in neruum acta, papyri ſeu cyperi folijs proxima, ſed albidiora, duriora, latiora, & lenia, in quorũ medio quaſi obrutum caput acanaceum occulitur, ſpinis exterius longis, denſis, in crucis modum actis, cuſtoditum: intus verò lanuginem albam, denſam, induratam, in qua & exterius in eodem capita circa ſpinas gummi paruum colore ſulueſcẽs, maſtichi ſimile, odoratum, & calidi guſtus, inhæreſcens, cernitur. Radix vero craſſa vt pollex, longa ſenſim ac ſenſim gracileſcẽs in extremumq. in tenuiſſimam deſinens exterius ſulueſcens in nigrum inclinans; intus alba, ſuauiter olens ferUidi guſtus carlinæ ſimilis, ab eaq. differẽs remiſſo iucundioriq. odore. Hanc plãtam video multis Chamęleonem album creditam fuiſſe, quo nomine etiam ipſam nos accepimus, quã tamen opinionem numquam laudare potuimus eo vel vno argumento perſuaſi, quod hæc planta neutiquam chameleoni albo Dioſcoridis cõueniat, cum præſertim chamæleon albus folia ferat ſylibo ſimilia, ſed aſperiora & acutiora, & caput ſpinoſũ cinnaræ modo radicẽq. habeat quadantenus aromatica, olentẽ, graui tamen odore & dulcẽ. Noſtra vero planta folia habet multa ab radice longa, parum lata, æquali cortice ac leni prædita, nullis inciſuris neq. acuta nec aſpera, ſed lenia, & caput ferat vti dictum eſt, folijs fere latens, exterius magno ſtudio ſpinis pulcherrimis, atq. longis foliolis, veſtitum. Quod gummi producit non autem ex radice, vt de Chameleone albo expreſſit Dioſcorides, emanat, ſed totum circa caput concreſcit, ſcilicet circa ſpinulas, caput echinaceum, veſtiẽtes atque in ſuprema parte alba, vt ita dicam, papposa ſemina continente. Addo huiuſce plantæ gummi non conſtare vim mortiferam habere, vti conſtat de gummi chamęleonis, quod ix iam græci vocauere, quod exitiale venenum eſſe Dioſcorides

des expreſſit. Huius plantę pro Chamęleone a multis creditæ gũmi quod maſtichē ſimulat, mulieres Creticas maſtiches loco dentibus atterere, Petrus Bellonius eſt auctor, & Honorius Bellus perſuaſus hanc plantam eſſe album Chamęleonem in epiſtolis ad C. Cluſium ſcriptis, recitat in Creta pueros hoc gummi ex echino legere & aliquantulum maſticare, & poſtea digitis leuigare, & complanare, complicatumq. in veſiculæ formam ſuper alteram manum fortiter impellentes, edere. Hocq. eſſe ludi genus pueris cydonijs familiare etiam tradidit. Quibus non leui profectò cõiectura, aſſequimur illud gũmi non habere facultatem venenatam, quod in ore libere & abſq. vlla noxa, dentibus tractetur. Hinc etiam deprehenditur hoc gummi ab ixia differre, quod circa radicē chamæleonis quæ venenata eſt, colligi Dioſcorides auctor ſit. Quo etiam liquidò conſtabit hanc plantam non eſſe chameleonem albũ, vt falsò multis fuit perſuaſum, quæ igitur planta erit ni chamęleo albus hæc ſit? ea inquam vt credidimus de qua Theophraſtus ita ſcribit, Cardus pinea haud multis prouenire in locis poteſt. Eſt ab radice foligera qua de medio ſeminalis acanus veluti malum ex tuberat folijs nimirum ocultatus, Hic lacrymam iucundi ſaporis parte profert poſtrema, quam ſpinalem maſtichen vocant. Neſcio an melius hæc plãta à Theophraſto deſcribi potuerit. Addo vt magis pateat hanc plantam non eſſe chamęleonē album, de hac planta ipſum Theophraſtum, ſcribētem ne verbum quidē ixia gummi feciſſe. Aliqui crediderunt ixiam gummi eſſe propriam nigri chamęleonis, & non albi, Neque eſt, vt putemus quod aliquibus viſum ſit hanc plantam ixiæ, venenati gummi, plantam à Chamęleone diſtinctam, quoniam codex græcus Theophraſti iſtiuſce plãtæ gummi ſcilicet cardui pineæ ixinim habeat ex quo aliqui hoc nomine decepti exiſtimarunt eſſe ixiam de qua Dioſcorides in ſexto libro de materia medica inter uenena comprehēſa egit. Namq. ſi cardus pinea ixia eſſet procul dubio haberet vim venenatam, cuius quidem expertem eſſe, nupperrimè ſatis aperte deprehendi, oſtendimus. Neque eſſe poteſt quod per cardum pineam, chamæleonem albũ vt perperam (quia Græcus codex Theophraſti ἰξίνην habet) Dalecampio fuit

In lib. 6. de hiſto. plãt. c. 4.

per-

perſuaſum, Theophraſtus intelligi voluerit. Nūquam enim plantam aliquam bis Theophraſtus deſcribere conſueuit, etenim ſi hic Chamæleonem album deſcripſit, & de ipſo egit, quamobrem iterū poſtea, quippe in libro nono hiſtoriæ plantarum accuratiſſimè ſcripſit? cur & hic ſolummodo de albo meminit & non de nigro vt fecit in poſteriori libro? omnes quidem conſueuerunt de albo & de nigro chamæleone ſimul agere, quare hic nō de Chamęleone albo, ſed de alio carduo, quem Cardum pineam Theodorus Gaza eſt interpretatus. Certè vt etiam de Chamęleone albo dicam ſuſpicor abſq. dubio Petrum Bellonium, (qui dixit ſe vidiſſe iuxta Idam montem in Creta verum Chamæleonem & album, & nigrum, albumq. habere radicem humanæ coxæ craſſitie, atq. apud nos nuſquam hoſce veros Chamæleones naſci, ſolummodoq. in Creta inſula) deceptum fuiſſe, qui aliam profectò plantā pro albo Chamæleone viderit; Ad nos Ioſeph Aromatarius Aſiſenſis iuuenis doctiſſimus ex aſſo monte miſſit ni fallimur legitimum Chamæleonem album Dioſcoridis deſcriptioni planè conuenientem; quo cognouimus non differre album Chamæleonem, à nigro, niſi coloris foliorum differētia, quoniam albus folia alba, & niger, nigra habeat, vnde vulgarē Carlinam ex foliorum nigro colore, nigrum eſſe Chamæleonem non dubitamus. Quod cum ſit verum, cur & Bellonius & Bellus, plantam cardum pineam à Gaza vocatam, quod nonnullas chamæleonis notas habeat, crediſſe eſſe legitimum Chamæleonem album, quæ planta tamen folia non habet ſylibi, ſed potius papyri, aut caricis, non aſpera, non acuta, ſed lenia, nullis ſpinis crenata: neque circa radicem lachrymā fert, vt de Chamæleone expreſſit Dioſcorides, ſed in capite, & hæc de carduo pinea dicta ſufficiant.

In lib. 6. hiſt. plā. cap. 4.

In ca. 13.

In 1. lib. obſeruat. itin. cap.

Echio

Digitized by Google

Echium Creticum.



R Pro

Digitized by Google

De Echio Cretico. Cap. LVII.

PRo Echio ex Creta accepimus ſemina parua, rotũda in longum albicantia tritici magnitudine, figuram vero vſq. adeo ſerpentis viperei capitis præſeferebat, vt meritò capita tot viperarum nobis viſa fuerint. Semina hæc terræ commiſſa ſicuti fęliciter, nata, fuerunt, ita ex ipſis quæ natæ ſunt plantæ, difficillimè à nobis conſeruari potuerunt, vnicam tamen plantam per annum in horto habuimus, ex qua eius imaginē delineatam hic damus. Hæc planta fert ab radice complura folia oblonga, tenuia in acutum deſinentia albicantia, quadantenus ad anchuſam accedentia, ſed longe minora, craſſa pilis veluti ſpinis tenuibus aſpera atq. horrens. Cauliculos è medio foliorum producit palmum vix altos, rotundos, aſperos, pilis tenuibus, duriſq. obſitos, in his parua foliola, longa aſpera pauciſſima ſine petiolis cernuntur itidem albicantia non vtrinq. ſed ex vno latere inordinatim longo interuallo poſita. In ſummis vero cauliculis flores multi ſparſim in ſuis aſperrimis calycibus paruis oblõgis quaſi corymbos ſeu vmbellam facientibus, exeunt lutei anchuſæ ſimilibus. Quibus ſuccedunt ſemina parua albicātia figura capita ſerpentum æmulantia. Radix parua lignoſa, ſubeſt & nigra, in paruas radiculas diuiſa, hæc eſt planta quā pro Echio ex Creta accepimus. De qua aliqui dubitauere an verũ echium ſit, quod flores iſtius plantæ neq. ſint purpurei, neq. ſecundum folia naſcantur, nec minus folia ſubrubra ſint, & non ex vtroq. latere vt expreſſit Dioſcorides poſita. Verum enimvero etſi etiam quæ & Dioſcorides & alij de hac planta ſcripſerunt nos accuratius conſiderauerimus, noſtram plantā echium eſſe ex ſemine, & alijs confirmabimus. Dioſcorides enim ita habet: Echium habet folia oblonga, aſpera, aliquantum tenuia, anchuſæ proxima, minora tamen, ſubrubra, & pinguia, ſpinulas tenues incumbentes, quæ etiam folia exaſperant: Cauliculos tenues multos, & ab his vtrinq. foliola minuta, expanſa, nigra, in ſummo caule proportione minora. Flores iuxta folia purpureos in quibus ſemina capiti vipera-

In lib. 4. de mate. ria medi. cap. 25.

rum.

rum ſimilia inſunt, Radix digito minor eſt & ſubnigra. Pli- In li. 17. cap. 5.
nius tamen de hac planta (eam Alcibiadium vocans forte ab
inuentore Alcibiadio vt Nicander auctor eſt) inquit Alcibia-
dium qualis eſſet herba apud auctores non reperi ſed radicẽ
eius & folia trita ad ſerpentis morſus imponi & bibi iubent. In li. 25. cap. 9.
Poſtea vero eius iterum meminit duobus ſignis eam nobis
monſtrando, inquit autem. Item altera quæ lanugine diſtin-
guitur ſpinoſa cui & capitula viperæ ſimilia ſunt, nos vero in-
ter alias notas vnam præcipuè magniſacimus, quippe quod
habeat ſemina in quibus ſerpentum capita vere quidem, &
apertiſſime, impreſſa videntur, quare huic ſigno maxime fi-
dere voluimus, quo natura hominibus voluit præmonſtrare,
quantum ea planta valeret aduerſus ſerpentum morſus, vnde
mirum non eſt ſi vt Dioſcorides atq. alij tradiderunt, ſemina
trita epota ex vino, vel ex aceto nedum preſeruent à viperarũ
morſibus & aliorum ſerpentum, ſed quinimmo etiam de-
morſis ab ijs preſentaneo ſit auxilio. Succus etiam foliorum,
& ſemina trita morſibus impoſita idem præſtant efficaciter.

R 2 Nardus

Nardus Montana Cretica.



Plantam

Digitized by Google

De Nardo montana Cretica. Cap. LVIII.

PLantam in Cretæ locis humentibus naſcentē herbaceam pro Valeriana accepimus, quæ folioſa eſt ab radiceq. fert quatuor aut quinq. folia rotūda, viridia, mollia, intus veluti cauitatem habentia magnitudine ac ferè etiam figura foliorum aſari à ſuis longis pediculis pendentia, quarum quædam poſterius nata vtrinq. veluti auriculas habent, Inter quæ caulis fertur longus, rectus, rotundus, cauus, valerianæ quam ſimilimus, qui in ſummitate bis vel ter vtrinque ex oppoſito habet folia alia alterius formæ quippe valerianæ vel eryngij ſimilia mollia primo quæ in caule ſpectantur, & poſt hæc alia eodem modo viſuntur adhuc à proximis planè diſſimilia, quando hæc longa ſint tenuia vtrinq. in acutum deſinentia, ſalicis folijs proxima & hæc ſunt iuxta vmbellarum exortum, quæ ſuis pediculis primo iuxta alarum cauum feruntur, & poſtea in cacumine fiunt amplæ, latæ, floribus cādidis valerianæ omnino ſimiles atq. etiam ſeminibus. Flores verò ſuauiter olent. Hæc planta eſt donata binis radicibus oblongis, nigris, odoratis, nardum redolentibus, è quibus fibroſæ radiculæ pendent. Pro nardo montana ſed Cretica quod à noſtrate nardo mōtana differat, hanc plantam eſſe accipiendam haud dubitamus, præſertim ex radice nigra in binas diuiſa nardum maxime redolente, ac vel etiam ex folijs eryngij non diſſimilibus, non duris, ſed mollibus, cum præſertim ijs notis nardū montanam expreſſerit etiam Dioſcorides. Neq. eſt quod in textu Dioſcoridis legatur, neq. caulem, neq. fructum, neque flores ferre, quando ſuperius hæc meminerit, cum dixerit, ipſum naſci caule & foliis eryngio ſimilibus, minoribus, minimè tamen ſpinoſis aſperiſque. Non enim viri eruditiſſimi in codice Græco legunt ἔτι δὲ καυλὸν, οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει, ſed συμφέρει, ideſt neq. caulis neque fructus, neque flores fert, ſed συμφέρει, ideſt confert quaſi dixerit, quod radix ſola vſum habet ad medicinam, propterea neq. caulem, neq. fructum, neq. flores quicquam conferre quia hæc omnia ſint inutilia, ſola enim

enim radix quæ ſit admodum odorata vſui eſt ad medicinam. Hanc plantam etiam Ioãnes Pona vir in ſimplicium medicamentorum cognitione maximè eruditus, amicuſq. admodũ mihi familiaris, & pluribus nominibus obſeruandus in ſuo Baldo accuratè deſcripſit. Radix calida eſt primo exceſſu, & ſicca ferè ad ſecũdum, habet minorem adſtrictionem quã habeat nardus indica mixtam habet eſſentiã & calida oriri ſubſtantia, & amara non multa qua craſſos humores per os aſſũpta incidit extenuat atque detergit, ex ſubſtantia terrena itidẽ aſtringente quamquam minus Indica & Celtria aſtringat. Vnde moderata aſtrictio plurimum facit, vt efficacius acris, & amara ſubſtantia extenuet craſſos humores, & eoſdem, & viſcidos detergat. Quo mirum non eſt, ſi ad viſcera obſtructa plurimum faciat, purgat enim per vrinam, & ob id ictericis remedio eſt.

Viſcatia

Digitized by Google

Viſcaria maxima Cretica.



Planta

Digitized by Google

De Viſcaria maxima Cretica. Cap. LIX.

PLanta viſcoſſiſſima naſcitur in Creta inſula in cuius ramulis ferè ſemper beſtiolæ inſidentes deprehenſæ cernuntur, atq. ita tenax eiuſce plantæ, ramorum viſcida illa humiditas vt aliquando vel etiam paruæ auiculæ multum deprehenſæ detinentur. Hæc planta ad lycnides ſylueſtres fortaſſè accedere videbitur. Planta eſt folioſa, etenim ab radice longa craſſitie pollicari alba, ſenſim ac ſenſim gracileſcente, dura & carnoſa fert folia innumera ferè inferius gracilia, ſuperius lata, in acutum deſinentia, craſſa, dura, alba, denſiſſimè ſimul ſtipata, auriculæ vrſi luteo flore admodum ſimilia, interque exeunt ramuli numero plerumq. decem, & plures etiam ſemicubitum, longi, graciles, rotundi, rarè geniculati, albicātes, humiditate admodum viſcida, obſiti, à quorum ſingulis geniculis, bina folia vtrinq. ex oppoſito poſita, exeūt, parua, oblōga, tenuia, aliorum foliorum figura. In ſummis vero caulibus, ramuliſuè iuxta geniculos ferunt ex oppoſito vt folia duo ſurculos qui in cacumine tres aut quatuor, aut ad plus quinque flores, muſcipulæ vulgaris perſimiles, feruntq. primo flores in cacumine ſuis pediculis pendentes, & inferius ex duobus ramulorum aut ad plus ex tribus geniculis itidem ex binis ramulis in ſuis paruis petiolis flores producunt, adeò vt ramulorum ſummitates floribus multis ſcateant, à quibus ſuccedūt vaſcula parua rotunda, in acutum deſinentia, os exiguum dēticulatumq. habentia, planè vulgaris polemonii proxima, intus ſemina minuta nigra, vt in ocymoide apparent, continentia. Hanc plantam ad ſylueſtres lycnides referendam eſſe facilè credidimus Ferrandus Imperatus vir doctiſſimus, & in rerum naturalium ſtudio celeberrimus vocabat hanc plantam viſcariam auriculæ vrſi folio, neq. immerito cum ferat folia vt diximus, & magnitudine, & figura, & duritie, craſſitieq. & colore quam ſimilia. Ioſeph de caſa bona aliam viſcariam hoc nomine vocaſſe viſus eſt, vt C. Cluſius in ſuis poſtremis plantarum, rariorum obſeruationibus tradidit; namq. ſcribit ex ſemini-

In lib. 3. cap. 3.

ſemini-

ſeminibus à Ioſepho de caſa bona horti Piſani præfecto ex Creta acceptis ſibi natam plantam vidiſſe, quam lycnidē ſylueſtrem lati foliam nominauit, Cuius iconem etiam à Iacobo Plateù accepit. Diximus hanc viſcariam aliam eſſe à noſtra propoſita & merito ni fallimur, cum ea planta cuius imaginem Cluſius dedit maximè differat à noſtra, quod nimirum ſit vnicaulis, & hæc multicaulis, cauliſq. eius ſit tres cubitos longus, & ramoſus, & noſtræ viſcariæ caules vix cubitum attollantur, nulloſque ramos circum ferant, iis exceptis in quibus flores producuntur, amplius illius folia pauca ſunt, & radix fibroſa, primulæ veris perſimilis, & noſtræ folia innumera ferè ſunt, ſimul denſiſſime ſtipata, & radix craſſa, & longa, minime fibroſa, quare hæc planta à nobis propoſita ab ea quam Cluſius dedit longè diuerſa apparet. Fortaſſe, ſi lycnis Coronaria credita, ſit vera antiquorum, hæc noſtra non abhorrebit à ſylueſtri, & eo magis quod referant qui ad nos miſerunt, radicem, & ſemina purgare per aluum flauam bilem, & ictis à ſcorpionibus auxilio eſſe. Nos verò quicquam certi de iſtiuſce plantę viribus, & vſibus experti ſumus, Radix inſipida cum tota planta, atq. inodora.

Digitized by Google

Anchuſa humilis.



Anchuſa


Digitized by Google

De Anchuſa humili. *Cap. LX.*

ANchuſa humilis elegantiſſima in locis montoſis & ſiluis Cretæ inſulæ naſcitur, quæ ab vna radice (lõga pollicari craſſitie, in extremum ſenſim ac ſenſim gracileſcente rubeſcente colore, magnitudine, & figura radici cardui pineæ maximè ſimili, in terram oblique acta) plures ſurculos ſemidigito longos producit vtrinque folijs longis albis anchuſæ proximis, ſed minoribus denſiſſime vndiq. veſtitos, atq. in ſummitate ipſorum flores rubri ad purpureum inclinantes in ſuis paruis calycibus ſpectantur anchuſæ maioribus, figura coluteæ veſicariæ à quibus ſemina producuntur, techis paruis oblongis aſperis albicantibus. Radix tempore æſtatis ſucco rubro turget, quæ manus rubro colore inficit. Ab ijs gentibus multis laudibus concelebratur ad ſerpentum morſus ac non minus quam Echio, ad id & radicem, & folia, & ſemina ex vino aſſumpta efficaciter præſtare.

Digitized by Google

Equiſetum Montanum Creticum.



Equiſeti

Digitized by Google

De Equiſeto montano Cretico. *Cap. LXI.*

EQuiſeti planta naſcitur in montanis Cretæ, quæ quarto equiſeto Mattheoli eſt maxime ſimilis, in hoc ab ea differẽs, quod Creticum equiſetum flores ferat circum virgarũ geniculos atq. in paruis ſiliquis ſemina minuta habeat. Hęc planta fert ab radice duos vel tres caules longos, graciles, geniculatos, nigricantes ſurſum obliquè actos, quorum profecto caulium quilibet, & infernè, & ſupernè vtrinq. ex oppoſito alias virgas profert eiſdem ſimiles, à quorum geniculis floſculi apparẽt, à quibus techæ paruæ rotundæ, oblõgę, rubeſcentes, in acutum deſinentes, ſuccedunt, ſemina minuta continentes. Radix parua eſt, longa, in duas diuiſa, tenuis, aliquibus fibris ab ea pendentibus, tota planta ſapore eſt ſtiptica planè inodora cũ leui amaritudine, nonnulli putant eſſe equiſetum quartum Mattheoli, quando cum equiſeto quarto quam maximé conueniat, differt nihilominus, & flore, & fructù. Quoniam illud Mattheoli ſterile eſt nec florem, nec fructum ferens, omnes indigenæ herba vtũtur (quod frigida ſit, ſicca, & maxime adſtringens cum leui amaritudine) ad quodcumq. profluuium vel ſanguinis vel excrementorum cohibendum. Iis qui per tuſſim ex pectore & ex ſtomacho etiam vomitù ſanguinem excernunt, aut ſuccum ex vino aut aqua ad duo cochlearia exhibent. Ad fluorem ſanguinis ex naribus, in nares ipſas ſuccum immittunt, ad menſtruum profluuium, ſic ad vteri profluuium ſuccum ex peſſo indunt. Quò efficaciſſime cohibent minuſq. etiam ad idem atq. ad dyſenteriam ſuccum per os vtiliſſimè exhibent; ſunt qui aquam ſtillatitiam per os ad vntias quatuor pro vlceribus renum, atque veſicæ, ſummo cum iuuamento exhibent.

Marrubium

Marrubium nigrum Creticum.



Elegans

Digitized by Google

De Marrubio nigro Cretico. Cap. LXII.

ELegans ad nos ex Creta inſula delata eſt plãta marrubij nigri nomine vocata. Quæ ab radicibus multis primulæ ſimilibus folia complura profert oblonga in extremis acuta, paruis ſuis pediculis ſurſum in orbem acta, nigra, & nigra lanugine obſita, marrubij albi, folijs, maiora, longiora, & latiora, magnitudine, & figura ad apiaſtri ferè folia accedentia, E quibus ſanè duos vel plures caules producit longos, rectos, quadrangulos, nigros, per interualla geniculatos, in quibus à ſingulis geniculis exeunt circum ipſos ex oppoſito folia complura, numero ferè ſeptena, ac plura etiam oblonga, prioribus ſimilia, ſed longe minora, multum nigricantia, quæ circum ramum veluti in orbem aguntur, in caulium ſummitatibus flores vtrinq. virgas ambiunt, non diſſimiles à marrubij floribus itidem nigricantes. Tota planta colore nigricat, vt de induſtria ab aliquo videatur eo colore infecta. Fortaſsè ex hoc colore aliquis credet hanc plantam eſſe legitimum marrubium nigrum antiquorum. At ingenuè dicam hanc plantam nobis prorſus nouam videri ab omni marrubio diſtinctam, quippè, & à nigro ballote vocato, & ab albo, tum quod neq. hæc planta in foliis, neq. in floribus, neq. in foliorum, florumq. poſitù, neq. in hoc quod ipſa ſit expers & ſaporis & odoris, vnde & nos quicquã de ipſius viribus, atq. vſibus ad medicinam certi habere potuimus.

Saxiphraga.

Digitized by Google

Saxiphraga.



Naſcitur


Digitized by Google

De Saxiphraga. Cap. LXIII.

NAſcitur, & inibi in aſperis, & ſaxoſis in ſaxorumq; rimis, planta, quæ ab vna radice lõga, tenui, in gracilitatem deſinente, paucis fibris à parte ſuperiori pendentibus, ramum ſiue caulem fert, qui paulo ſupra radicem in tres vel plures diuiditur non rectè, ſed oblique actos, albicantes, rotundos, lignoſos, qui & ipſi in alios complures ramulos diuiduntur rotundos, graciles rectos, qui per interualla vtrinq. ex oppoſito habent foliola parua, oblonga ad extrema in acutum deſinentia, tragorigani & magnitudine proxima, atq. inter folia fert hæc planta, floſculos paruos capillaceos albicantes. Tota planta eſt inodora atq. inſipida ferè, quam indigenæ putant eſſe ſaxiphragam Dioſcoridis, tum quod ſit frutex ſurculoſus in petris & aſperis locis naſcens, tum multo plus quod calculos in renibus valenter comminuat, atq. expellat, Radix iſtiuſce plantæ ad drachmam ex vino, aut aqua epota, tum etiam quoniã planta epithymo non ſit diſſimilis etenim non minus frequentius epithymum circum tragoriganum quam circa ipſum thymum naſci in Creta inſula viſitur. Neq. enim nos multum laboramus, an in græcis codicibus legendum ſit τῷ ἐπιθύμῳ, an τῷ θύμῳ, aut neutrum legendum ſit vt multis ſcriptoribus viſum eſt. Satis eſſe duximus vt ſaxiphragam hanc plantã nominauerimus, quæ vi præcipua valeat ad comminuendos calculos, & in renibus, & in veſica etiam, illoſq. præſertim, qui nondum ad lapideam duritiem coaluerunt, experientia cognitum eſt, radicem tenuiſſimè tritam, & ex vino albo tenui, aut ex aqua anonidis maxime valere, vt in renibus, atq. in veſica calculos comminuat, atq. expellat. Quò indignum mihi viſum non eſt, antiquorum ſaxiphragam eam diceremus.

Digitized by Google

Polium Gnaphaloides.



In mā-

Digitized by Google

De Polio Gnaphaloide. Cap. LXIV.

IN maritimis Cretæ inſulę copioſiſſime prouenit plāta, quam ad nos pro polio marino amici demiſerunt fortaſſe à quadam ſimilitudine ad polij folia, atq. ad odorē, & ſaporē, cuius quidem flores iſtiuſce plantæ haud omnino vidētur expertes. Tota plāta tomētoſa eſt cādida atq. maxime mollis, Fruticat ab vna radice longa, tenui, demittēte ramum oblíquè actum folijs paruis figura polii maioris, nō diſſimilibus pręſertimq. per exterius polii modo crenatis totis mollibus, candidis, tomentoſis, ſimulq. adeò ſtipatis, vt ipsū caulē occulāt, ex hoc ramo oblique poſito, complures exeunt caules recti, longi, rotundi, candidi molles, hinc inde per interualla foliolis referti paruis, oblongis inferius latis abſq. pediculo ramis inhærentibus, in acutū deſinentibus per externis modice crenatis ex toto tomentoſis candidis mollibuſq. inter quorundam foliorum alas, exeunt germini longi, graciles, tomentoſi, denſis foliolis oblongis ſtipati. In ſummitatibus vero caules diuiduntur in plures cauliculos ſubtiles, rectos, in quibus flores, vmbellarū modo, lutei, ſuis paruis calycibus rotundis, contenti, qui in pappos euadunt, inter quos ſunt ſemina parua, tenuia, flaueſcentia, molliaq. Radix eſt tenuis, longa, lignoſa, & dura. Hæcq. eſt iſtiuſce plantæ delineatio. Quia conſtabit non eſſe Gnaphalium Cluſii, quod offendi dit, in Valentini regni maritimis atq. in littore maris iuxta Monſpellium, tum quia folia illiuſce plantæ figura, quippe quod myrti foliis magnitudine, & figura ſint ſimilia, maximè differant, neq. pilis infecta ſunt, ſed tota tomentoſa apparent, præterea, neq. quicquā odoris, & ſaporis ad polium accedentis, flores gnaphalii ſapiunt. Quare alia hæc noſtra erit planta non parum ad polium & gnaphalium accedens. vnde nos polium gnaphaloidem ipſam lubentius nominauimus; polium gnaphaloidem inquam, quod foliorum figura, & ſapore amaro, & acri polium maxime repreſentet, gnaphaloidem vero, quod folia tomentoſa ſint, & pro tomento, gnaphaloidem vero quod folia tomentoſa ſint, & pro tomēto vſurpari poſſint flores & cymæ ſupra ſecundum exceſſum calidi ſunt, & ſicci primo. vnde decoctum obſtructos maximè iuuat, & ad vrinā, menſeſq. mouendos, efficax eſt.

In lib. 3. obſer. ca. 26.

Santulina flore amplo.



Planta

Digitized by Google

De Santulina flore amplo. Cap. LXV.

PLanta conſpectu tenera mollis ac delicata tota candida naſcitur in montanis illuſce inſulæ arboreſcentis figura, folijs paruis oblongis multis ſimul ſtipatis circum ambientibus ramulos & ſpiſſitudine occultantibus candidis abrotani fœminæ adprimè ſimilibus non tamen per exterius ſerratis. Hæc planta ab vna radice longa, craſſa, tenera, caulem rectum, rotundum, digiti craſſitie, album ex quo virgę exeunt rectæ, graciles, complures, in cacumine in ſurculos duos, vel tres diuiſæ, habentes flores ſantulinæ ſed quadruplo maiores, ad calendulæ vulgaris magnitudinem, atq. aureũ colorem maximè accedentes, à quibus ſuccedunt ſemina minuta, oblonga ſonco proxima. Nuſquam hæc planta vel odorem ſpirat, vel linguam amaro ſapore multum inficit, amariſcula enim vt vix percipi queat, apparet. Ad me hęc planta nomine ſantulinæ montanæ Creticæ olim delata eſt, quam eos qui ſic ipſam nominarunt neutiquam defraudare volens eodem nomine hic eius imaginem delineatam dedi. Tametſi vt dictum eſt parum amaroris habeat ſiccat, parum calfaciens cum leui adſtrictione. Quibus mirum quidem non eſt, ſi multum apud mõtanos homines apud quos hæc planta naſcitur, vſum herba habeat, & ad vermes in pueris interimendos per os aſſumpta, aut eius ſuccus vel decoctum ad ictericos, & obſtructos, & ad mouendam vrinam efficax ſit, ſordida quoque vlcera, ſucco illita, aut puluere aſperſa, relatione accepimus.

Holo-

Digitized by Google

Holoſteum.



Hicda-

Digitized by Google

De Holoſteo. Cap. LXVI.

HIc damus plãtam quæ antiquorum holoſteum meritò credita eſt, naſcentem in iiſdem locis. Fruticat palmari altitudine ab vna radice longa, tenui, alba, multis ramis, qui parum ſupra radicẽ, producũt folia multa, longa, in cuſpidẽ deſinẽtia, tenuia, & ſubtilia, per inferius, & iuxta ſummitates parum lata, ad ſimilitudinem plãtaginis tenuifoliæ, recta, mollia, & alba; inter quæ exeunt cauliculi recti, rotundi, graciles, ferentes in cacumine ſpicas cum ſuis floribus albicantibus, coronopi proximis. Tota planta eſt folioſa albicat, incana tactui maxime mollis ſentitur, parum adſtringit, & radicem habet albam tenuemq. Quibus quidẽ non videtur abhorrere à legitimo Holoſteo Dioſcoridis de quo idem, ita ſcripſit. Holoſteum quadrantalis herbula eſt humi repens, folijs viticuliſq. coronopo, aut gramini proximis, guſtu adſtringentibus, radice alba prætenui vſque in capillamenti ſpetiem, longitudine quatuor digitorum. Nos non dubitamus hanc plantam eſſe holoſteum, atq. etiam quod tota mollis eſt. An vero C. Cluſius eandem viderit, ignoro, quod hac noſtra planta folia longe plura ferat, magiſq. foliata videatur, quã ſit ſalmaticenſe, holoſteum, ab eo deſcriptum, foliaq. noſtri, longiora ſint, neq. humi ſtrata. Neque negandum videtur propius magis eam ad hãc noſtram, quam alias accedere. Leuiter refrigerat, ſiccat magis, & adſtringit, vnde plures vſus ad medicinam habuit, quippe ad vulnera conglutinanda. In qua re adeo efficax deprehenſa eſt, vt ruptos epota maxime iuuet, & quandoq. ſanet, & hic fuit (auctore Dioſcoride) eius vſus præcipuus apud antiquitatem ita celebratus, vt carnes diſſectas cum hac herbula percoctas ſimul coaleſcere deprehenſum fuerit.

In li. 4. de materia med. c. 15

In lib. 5. rar. plãt. cap. 15.

Eringium trifolium.



Eryngij


Digitized by Google

De Eryngio trifolia. Cap. LXVII.

ERyngij planta itidem in aſperis naſcitur prorſus ſtirpium ſtudioſis noua, nuſquam alias viſa, cubitalis, & folioſa eſt ab radice, fertq. folia complura, longa, tenuia, viſu holoſtei folijs maxime ſimilia, duriora tamen. Quorum quædam in ſummitate tria folia habent oblonga. E medio verò foliorum exit caulis vnus, rectus, rotundus, gracilis, hinc inde folijs trifolijs per interualla conſtans, in ſummitate vero caulis, duo, aut plures flores, lati, rotundi, purpurei, foliolis oblongis circumdati, eryngij montani floribus proximi, à quibus ſemina itidem ſimilia lata, longa, tenuia fiunt. Radix eſt breuis, craſſa, rapunculo ſimilis, odorata atq. aromatica. Vſum habet ad mouendum vrinam, & ad venerem augendam radicem tam crudam, quam coctam eſitant.

Digitized by Google

Daucus ſtellatus.



Naſcitur

Digitized by Google

De Dauco ſtellato. Cap. LXVIII.

NAſcitur, & planta fruticoſa cubitalis longitudinis, magnęq. latitudinis odorata, & aromatica, vnicaulis, ſed propè radicem folioſa. Folia verò & ſuis caulibus petroſelino quam proxima, apparent. Ramuli enim, & illius diuiſionis ſunt, vtrinq. folia parua ad petroſelini foliola accedentia, daucum creticum ferè redolentia, linguamq. excalfacientia, habentes, inter quæ exit caulis rectus rotundus hinç inde ramificatus eadem folia ferens, in ramulorum vero cacumine floſculi lutei vmbellatim ferè producuntur, à quibus fiunt fructus parui, oblongi, inferius lati, & habentes, quinque ſpinas, paruas, ſtellarum modo flaueſcentes baſes fructuum circumdantes, à quibus ſurſum quædam paruæ fibræ, quippe quinque, vel ſex veluti in conum deſinentes procedunt. Fructus hi mirabili profectò artificio à natura elaborati videtur, ſunt odorati, atq. aromatici. Radix longa craſſa, carnoſa, petroſelini, aut paſtinacæ ſimilis, odorata, atq. aromatica, qua indigenæ veſcuntur, & cruda, & cocta in acetarijs. Tota planta calida eſt, & ſicca ferè ad ſecundum ordinem excalfacientiũ, tenuis ſubſtantiæ. Inter alios vſus ad medicinam, præcipuum habet radix ad mouendam vrinam, & menſes. Cruda radix eſitata, maximè facit ad venerem excitandam, augendamq.

Anthilis.



Veram

Digitized by Google

De Anthyllide. Cap. LXIX.

VEram ni fallor anthyllidem in ijs locis maritimis copioſius naſcentem accepimus, quæ exigua herbula eſt,palmũ alta,fruticoſa valde. Namq. ab radice plures caules fert,numero ad minus quinque lõgi, graciles,rotundi,albicantes à quibus hinc inde breuibus interuallis exeunt ſurculi multi tenues atq. breues folijs multis paruiſſimis, lentis magnitudine, & figura vndiq. circum ſtipatĩ, qui & ipſorum multitudine, & folijs multis ipſos circumdãtibus frutex denſus admodum apparet, & in orbem etiam actus, in ſurculorum verò cacumine floſculi parui exeunt, quibus proſeminibus ſuccedunt fructus parui oblongi rotũdi,ſcilicet tritici ferè magnitudine,& figura. Tota planta albicat, & ſalſum ſaporem ſapit. Radix vero longa,tenuis,geniculata,alba cernitur,eodem ſalſo ſapore guſtum inficiens. Quibus notis hanc plantam à vera anthyllide Dioſcoridis non abhorrere exiſtimauimus,neque immerito, cum de ea Dioſcorides ita ſcripſerit: Quædam enim lenti ſimillima folijs mollibus,rectis ramulis palmi altitudine,radice parua tenui. Naſcitur in ſalſis terris, & à ſole illuſtratis, non inſulſo guſtù. Quis ex ijs dubitabit,noſtram hanc plantam eſſe anthyllidem primam Dioſcoridis,cum & ipſa ſit palmum ferè alta,habeat folia lenti quam ſimilia, & rectos ramulos, radicemq. paruam tenuem, & guſtù ſalſo, & naſcatur in Cretæ locis maritimis ſalſis. Modice ſiccat cum leui adſtrictione,& calore vnde vulnera ſanat, ſed eius decoctum datur etiam ad vrinę difficultatem,atq. ad renes detergendos. Mihi vero minimè notum eſt, an ex ipſa vſta fiant cineres vtiles ad vitra conflanda,quales ex altera quam Arabes Kali vocant,in Aegypto vſta fieri ſolent.

In lib. 3. de materia medi. cap. 154.

Cardus

Carduus Eryngioides capite ſpinoſo.



Naſcitur,

Digitized by Google

De Carduo Eryngioide capite ſpinoſo. Cap. LXX.

NAſcitur, & mihi cardui genus quoddam quod habet folia eryngij, ſed mollia tamen, caulẽq. fert ab vna radice rectum, cubitalis, ac amplioris etiam altitudinis, in quo folia prædicta raris interuallis poſita, cernuntur. In ſummitate verò duo vel tria capita profert magna, rotũda, cactis longè minora ſquammis pulcherrimis circum extrema crenatis, obſita inter quas ſpinæ multæ exeunt ſtellarum modo acutæ albicantes, & duræ flores vero quadantenus cyanis ſimiles purpuraſcentes exeunt, à quibus ſemina cactis ſimilia ſed minora exeunt, flaueſcentia, tota planta ſed maxime capita colore flaueſcunt. Radix craſſa, carnoſa qua indigenæ libentiſſime, & cruda, & cocta veſcuntur, libidiniſq. eſſe excitamentum affirmant.

Cyanus tomentoſus.



Plantá

Digitized by Google

Do Cyano tomentoſo. *Cap.* LXXI.

PLanta eſt ſurculoſa, ferēs ab radice ſurculos plures, longos, graciles, rotundos, oblique actos ſurſum, lanugine candida obſitos, cubitales, & ampliores etiam, molles, foliis hinc inde veſtitos longis, tenuibus, per exterius ſerratis, in acutum deſinentibus, candidis, tomentoſis, cyani foliis, figura ſimilibus, ſed multò minoribus. Surculi in cacumine habent flores purpuraſcentes, cyanis ſimiles, ſuis paruis calycibus, & exterius ſquammis obſitis, contentos. Radix tenuis in multas diuiſa, lignoſa.

Digitized by Google

Cyanus Spinoſus.



Eſt, &

Digitized by Google

De Cyano ſpinoſo. *Cap. LXXII.*

EST, & alter cyanus ſpinoſus naſcens in multis Cretæ locis aſperis, ſqualidiſq. ſatis elegans planta tota candida, palmaris altitudinis, perennis, quæ ab vna radice longa aliquatenus craſſa caulem fert, alios cauliculos producentem, qui in longas acutaſq. ſpinas deſinunt, iuxta quas flores paruos, colore carneos habet, cyanis ſimiles, ſed multo minores. Folia ad radicem multa fert, figura vulgaris ſcabioſæ, ſed minora, totaq. candida. Ita natura ſtirpium varietate luxuriat. Hanc plantam hortus medicus nunc alit.

Digitized by Google

Melanthium odoratum.



Mirabilis


Digitized by Google

De quodam Melanthio odorato. *Cap. LXXIII.*

MIrabilis Melanthii planta Cretica cognita eſt,quę ab radice parua,tenui, fibris tenuibus multis prædita, cauliculos plures producit, graciles, teneros,rotũdos,palmum altos,foliis lini ex oppoſito veſtitos, in caulium ſummitatibus flores fert cęruleos papaueris ſimiles, à quibus ſiliquis quinque partitis, ſemina nigra, minuta, odorata, continentur. At in cauliculis etiam alia ſemina minuta, rotũda, racemorum modo albicantia, pendent. Quibus hanc plantam naturæ ſummoperè curæ fuiſſe cõſtabit, quod eam, ne deficeret duplici ſeminis genere donauit.

Digitized by Google

Gallium Montanum Creticum.



Abundat

Digitized by Google

De Galio Montano Cretico. Cap. LXXIV.

ABundat Creta inſula quodam galio elegantiſſimo in montanis, quæ planta parua eſt, cauliculos ſupra terram ferens, ab radice enim craſſa tres vel quatuor ramos producit digiti minoris craſſitie, & tenuiori etiam, rotundos, duros, lignoſos, albicantes, ex quibus ſingulis complures ſurculi tenuiſſimi, rotundi foliis veluti thymi veſtiti exeunt, in floſculos paruos deſinentes, racematim coherentes, à quibus fiunt minutiſſima ſemina nigra. Nititur verò hæc planta radice longa, craſſa, lignoſa, in tres alias diuiſa, Hæc planta etſi galium ſit, nullis reclamantibus notis, tamen vulgari longe eſt minus, & gracilius, & quaſi ſurculis ſupra terram ſerpentibus, ramis verò ac radicibus maioribus, durioribuſq. quam vulgaris conſtat. Paſtores vt audio coaguli vice, eo ad lac coagulandum familiarius vti ſolent, quod id quam noſtrate efficacius pręſtat, quod eo longè ſiccius, & calidius, & non expers alicuius facultatis adſtrictoriæ, ſiccat enim ſupra ſecundum exceſſum parum calidæ facultatis, & adſtringentis habet. Vnde merito nedum flores ſed et radix profluuium ſanguinis ſiſtit, daturq. idcirco ſanguinem quomodolibet reiicientibus, dyſentericis, ac vteri fluxionibus. Flores igni ambuſtis vtiliter illlinuntur, & aliqui affirmant, radicem venerem, concitare, ſi per os aſſumatur.

Spica Trifolia.




Mirabilis

Digitized by Google

De Spica trifolia. *Cap. LXXV.*

MIrabilis quidem eſt natura, quæ innumera ferè, & in plantis mirabilia facit, neq. vero inter plantas admirabiles preſens, quam natā in Creta inſula proponimus, planta minus admirationis habere videtur, cum non vna quidem, ſed duæ diuerſi generis plantæ ſimul eſſe videantur, prima eſt planta feſtucacea, ſpicis multis ramorum inſtar ab radice exeuntibus, colore ſubruffo flores oblongos magnitudine atq. figura hyacinti floribus ſimiles, albos interſeptos, ferentibus, dum recentes ſunt ſuauiter olentes, à quibus fiunt ſemina alba, rotunda, paruiſſima, ab radice vero ex ſpicarum feſtucis capillamenta cuſcutæ ſimilia ſubtiliora tamen albicantiaq. ita innumera ferè exeunt, ſpicas ex toto occulentia, deſinentiaq. in folia parua, elegātiſſimi trifolij pratenſis folijs, ſimilia, minora tamen, & exterius per pulchrè crenata, tota hæc planta lata eſt in orbem veluti acta exterius trifolium ſimulat, & interius nimirū in parte conuexa ad terram ſpectante feſtucacea planta tota eſſe videtur, & floreſcens multam elegantiam præſeferre videtur. Spica ſiccantè facultate prædita eſt, cum obſcura caliditate. Quos verò vſus ad medicinam habeat nondum intelligere potuimus.

Spicæ trifoliæ altera figura.



Damus

Digitized by Google

Spicæ trifoliæ altera eſt. Cap. LXXVI.

DAmus, hic alteram iconem ſpicæ trifoliæ, aſpectu diuerſam à iam deſcripta, quamuis ſit eadem cũ prima; vt ſtudioſi videant diuerſitatem, & varietatem, ſic in plantis, quemadmodum, & in aliis rebus naturalibus. Hæc foliolis, eſt donata, vt altera ſimiliter, verum ſunt hæc pauciſſima, quemadmodum illa innumera, eſt tota feſtucacea, vt ex præſenti icone apparebit.

Digitized by Google

Aſciroides.



Plantam

Digitized by Google

De Aſciroide. *Cap. LXXVII.*

PLantam flore elegantiſſimo ex Cretæ ſeminibus delatis atq. terræ commiſſis, natam vidimus, vnicum caulem rectum palmari altitudine gracilem rotundum folijs multis ab radice longis latiuſculis viridibus ad aſciri folia quadantemus accedentibus, in ſummitate caulis fert tres aut quatuor flores veluti in aſciro, ſed quadruplo maiores aurei coloris quibus defloreſcentibus ſemen nigrum ſuccedit. Anno ſecundo in quo exauit ferebat ex imo caule plures alios ramulos, ſed tunc ex largis pluuijs hæc planta corrupta interijt.

Cnicus

Digitized by Google

Cnicus ſingularis.



Cnicus

Digitized by Google

De Cnico ſingulare. Cap. LXXVIII.

CNicus ſingularis naſcitur in Cretæ locis, vnicũ caulem ab radice producens, rectum, rotundum, ſemicubitalem hinc inde, fol js longis in acutum deſinentibus vndique crenatis, & ſpinoſis, veſtitum, in cuius ſummitate caput extat inter folia ſpinoſa cõſeptum attractilis magnitudine, in quo exeunt capillamenta denſa crocei coloris ſimul ſtipata florem conſtituentia, in quibus ſemina alba Centaurei maioris ſimilia continentur: Radix verò eſt craſſa longa ad rapunculi radicem accedens, nigricans. Seminibus vtuntur montani purgationis gratia.

Finis Libri Primi.

Digitized by Google

PRO-

Digitized by Google

PROSPERI ALPINI
De aliquibus Plantis Exoticis.
LIBER SECVNDVS.

De quibus plantis agendum in ſecundo libro.
Caput Primum.

Poſteaquam ſuperiori libro exoticas plãtas eas quas ex Creta inſula varijs temporibus accepimus, cõplexi ſumus; reliquum eſt vt preſentem etiam librum ſcribamus de alijs peregrinis ex varijs orbis terræ partibus ad nos delatis, neq. tamen ommittemus plantas nõ paucas, quas etiam ex Creta inſula ſperamus in hoc libro recenſere deq. ipſis agere. Inter quas complures erunt in Aegypto naſcentes de quibus hic dedita opera libenter, atque accuratius quam in hiſtoria rerum in Aegypto obſeruatarum in qua de ijs veluti per tranſcurſum ſcripſimus, fecerimus, ſcribere debemus. Inter quas præcipuum locum habebunt liguſtri nigri planta Briſantio ad nos viuens delata, Datura Alexandrina flore pleno, à vulgari rotũda admodum differens, Conuoluulus arabicus, Rhapunticum ex Thraciæ monte Rhodope aduectum, Hyoſciamus albus Aegyptius, Caſſabel Danirà, cuius ramos plures Orẽtis medici pro calamo aromatico antiquorum receperunt, ab el Moſch Hippomaratnum ſpherocephalum, braſſica ſpinoſa, echioides, ſcabioſa centauroides, ſideritis ſambuci folio, dens leonis anglicus, & aliæ eiuſmodi complures, quas, ſuis locis, dabimus.

Liguſtrum nigrum.



Biſantio

Digitized by Google

De Liguſtro nigro. *Cap. II.*

BIſantio plantam fruticoſam arboreſcentemq. accepimus liguſtro Italico maxime ſimilem, hæc ab radice producit multos caules graciles, rotũdos, rectos, tricubitales, & ampliores, duros, lignoſos, cortice viridi, in nigrum inclinante, veſtitos. Folia vero habent complura a radice, ad cacumina vſq. ex oppoſito leguminis modo poſita, ex viridi nigreſcentia, in caulium ſummitatibus omnino vulgaris liguſtri ſimilia, à ſummitatibus vero deſcendendo tri folia primo cernuntur cytiſi folijs longis non diſſimilia, mox quinque folia, & prope radicem quinque folia itidem, etſi ſpectentur tamen extremum folium exterius aliqualiter crenatum non liguſtro, ſed potius Chethmiæ folio ſimile. In cauliũ itidem cacumine flores muſcoſi, racemoſi viſuntur liguſtris non diſſimiles, ſed longe maiores cyanei coloris nigreſcentis odorati, planè flores ſyringæ cæruleæ magnitudine, figura, colore, atq. odore æmulãtes, quibus ſuccedũt folliculi parui, oblongi, nigricantes, ſemina minuta nigra continentes. Radice nititur hæc plãta magna, lignoſa, in plures diuiſa. Nobis libuit hanc ipſam ſtirpem nigrum liguſtrum nominare quod liguſtro maxime ſit ſimilis, & quod tota planta colore nigreſcat, præſertimq. floribus, & ſaporem ſapiat liguſtri; Quo haud diſſimilibus viribus etiam præditam eſſe credidimus. Tria vero cognita hactenus fuerunt liguſtri genera, primum Italicum vulgare omnibus notum, alterum Aegyptium, quod Cypriũ etiam appellatum eſt, & ab Aegyptijs elhanne, atq. demum nigrum à nobis ex nigro colore præſertim florum vocatum Biſantinum, quam plãtam acceptam ferimus liberalitati munificentiæq. Hieronimi Capelli qui cum ibi oratorem pro Sereniſſima Veneta Republica ad Turcarum Imperatorẽ ageret, hanc Venetias miſit, de quo fortaſsè Columella meminit cum dixerit: & nigro permixta liguſtro, balſama cum caſſia nectens. Primum vero genus liguſtri vbiq. locorum in Italia circa ſæpes prouenit. Alterum in Aegypto, Syria atq. Cypro,

Digitized by Google

de qua planta, & in libro de plantis Aegypti, & in hiſtoria Aegyptiaca ſatis ſuperq. egimus. Foliorumq. pulverem apud eas gentes archenda vocari diximus, quo quidem Indigenæ luteo colore tingunt equorum caudas, & mulierum manus, atque pedes, vngueſq. maxime. Dioſcorides Italicum liguſtrum

In lib. 1. de mate. med. ca. 107.

deſcripſiſſe viſus eſt, & cum Aegyptio confundiſſe, cum ita de hoc ſcripſerit. Cyprum Romani, liguſtrum dicunt; oleæ ſimilia folia per virgas profert, latiora tamen molioraq. & magis herbaceo colore. Flores habet cādidos, muſcoſos, & odoratos. Fructum fert nigrum ſambuco ſimilem. Atq. hiſce verbis nullis reclamantibus notis noſtrum vulgare liguſtrum, & foliorum magnitudine, figura, colore, floribus, candidis, muſcoſis atq. fructibus ſambuci ſimilibus. Confundiſſe verò viſus itidem eſt Italicum cum Aegyptio inquiēs, Probatiſſimū naſcitur in Aſcalone Iudeæ, & in canope Aegypti. Italicum liguſtrum in Aegypto non naſcitur neque in Iudea vt ſciā: Cypriū enim ſiue Aegyptium liguſtrum rara planta eſt ſolummodo in Aegypto, Iudea, Syria atq. Cypro naſcens nullis Europæ locis conceſſa, quæ flores non candidos ſed cineritios producit, neq. baccas, vt vulgare, nigras itidem habet, ſed paruos folliculos rotundos paruis rucis ſimiles, ſemina minuta nigra continētes, vel melius coriandri fructibus ſimiles, quod perbelle, & Plinius ita expreſſit dicens: Sed ſemina coriandris ſimilia, foliaq. ziziphi, & flores non candidi, ſed cinereo colore infecti. Ex hoc paratur oleum cyprinum vocatum odoris ſuauitate valens. Noſtrum verò nigrum vocatum, vt audiuimus in Thraciæ locis naſcitur. Nos viribus proximè ad Italicū accedere iudicauimus. Quos vero particulares vſus habeat nondum deprehendere quiuimus.

Datura

Datura Contarena.



Ramum

Digitized by Google

quam ſunt ſpinæ groſſæ, breues, & eſt ſimilis nuci vomicæ, & eius ſemen eſt ſimile ſemine citri. Vnde haud dubium eſt, ſtramoniam rotundam eſſe nucem methellam Auicennæ, ſed quid dicemus de Stramonia longa? quam Turcæ, & Perſæ Tatulam appellant, & alii Daturam. An, & ipſa erit nucis metellæ genere comprehendenda? Certe quidem videtur, cum ex facultate ſtupefactiua quæ per os aſſumpta faciat, vt Auicenna expreſſit magnam ebrietatem atque ſubet. Nos cum in Aegypto moraremur audiuimus à medicis Arabibus atque Aegyptiis latrones iſtiuſce ſtramoniæ (vulgo longæ vocatæ) ſeminibus tritis longè familiarius vti ad mercatores ebrios reddendos vt commodè ipſorum merces depredari queant, præſertimque eundo in comitatibus, (quas Arabes Carauanas appellãt) commodam occaſionem expillandi mercatores nanciſcuntur. Etenim mercatoribus ſeipſos conſociant fingentes iter cum ipſis in Carauana facturos, ſimulq. comedentes, iis bellaria nuce methella infecta obferunt quibus eſitatis in ebrietatem, & in sõnum profundiſſimum delabuntur quod plerumq. non niſi triduo excitantur, interimq. ipſi raras merces, aurum, argentumq. expillant. Quare ex hac facultate ebrietatem cum ſtupefactione cerebri, & profundum ſomnum inducente nõ abhorrebit datura à natura nucis methellæ, addimus notas eiuſdem plantæ ſingulares ex florum præſertim figura, & odore depromptas nec non ex fructu ſpinoſo, atq. ex ſeminibus rotundis lentis magnitudine, & figura quæ meritò Serapio ex Haeſe medico, mãdragorę ſeminibus ſimilia eſſe, feciſſe viſus eſt, à quibus ſolo nigro colore diſtinguuntur. Quibus fortaſſe dicendum erit Auicennam per nucem methellam intellexiſſe ſtramoniam rotundam, cum eius ſemina citri ſeminibus ſimilia fecerit, & Serapionem longum, qui eius ſemina magnitudine, & figura mandragoræ ſeminibus itidem ſimilia fecerit. Nulli dubium videtur haſce duas plantas eſſe congeneres, & pro nuce methella vtramq. poſſe vſurpari quippe ſtramoniam, & rotundam, & longam. Hanc doctiſſimus Fabius columna merito ſolanũ maniacum, & Dioſcoridis, & Theophraſti eſſe credidit. Neque in ea re (vt opinor) deceptus eſt,

cum

cum omnes notę ſolani maniaci cum hac planta conuenire videātur,neq. etiam abſurdum erit credere vna cum Anguillara eſſe Hippomanem Crateuæ cum Theocriti ſcholiaſtes de ipſo ſcripſerit, Crateuas Hippomanes plantam eſſe dicit, quę fructum habet cucumeris ſylueſtris modo,ſpinoſum.Semina atq. radix iſtiuſce plantæ eſt frigida,& ſicca ſupra tertiū ordinem,cuius profectò obolus inducit ebrietatem cum profundo ſomno,& drachmę pondere epotum interimit. Semina vero longi ſtramonii ad ſemidrachmam deuorata, obſeruatum eſt facere mētis alia nationem cum ſomno profundo. Nos hanc plantam in horto aluimus anno MDCXIII. & eius flores pulcherrimi certe ſunt,& quod pleni ſunt,& quod exterius venuſtiſſimo violaceo colore, interius candido oculos oblectent,& ſuaui odore olfactum inficiant,quam plātam Datūram Contarenam vocare,ex auctore primo iſtiuſce ſtirpis,libenter audiuimus.

Conuoluulus

Conuoluulus Arabicus.



Digitized by Google

De Conuoluulo arabico. *Cap. IIII.*

EX Aegypto ſemina quædam parua, rotunda magnitudine, & figura orobum imitantia, albicantia cum leui quadam tomentoſa lanugine nomine conuoluuli arabici accepimus: ex quibus plantam ſæpius natam vidimus viticuloſam, quę circa perticas maxime in altum luxuriat, in immenſam enim altitudinem aſcendit, virorem oculis iucundiſſimum præſeferens. Folia habet viticis ſeptena ſimul coniuncta momordicæ folia quadantenus ſimulantia longis pediculis pendentia. Fert ab radice caulem, (& quandoque plures aſſurgunt, præſertim autumno, quo tempore maxime luxuriat, floribuſq. ferè innumeris redditur oculis ſpectatiſſima) longũ in obliquè ſurſum actum, ex quo alii cauliculi exeunt in quorum cymis flores cernuntur quaſi vmbellas efformantes, qui ſunt ſimul plures plerumq. ſeptem & nouem ac vel etiam plures volubilis maioris ſimiles, ſed vinoſi ſunt coloris, nihilq. odoris reſpirantes. Radicibus multis nititur, longis, albis, & annuam eſſe mihi perſuadeo. Elegantiſſima planta eſt, in pergulis amæniſſimũ proſpectum faciens. Sæpe apud me, & in fictilibus, & in terra viuens per bellè floruit, numquam verò ſemen aliquod produxit. In morbido ſolo ita luxuriat, vt vel etiam vnica planta ſuis cauliculis per terram ſerpentibus maximam vel etiam aream occupet, in quibus etiam ſerpilli modo radices in terram demittit, et eò modo ſeipſam multiplicat mirum in modum, ſed hoc apud nos autumno facit, poſt quem ſtatim toto frigore exareſcit. Nullos vſus iſtius plantæ audiui.

Rhaponticum

Digitized by Google

Rhaponticum.



Digitized by Google

De Rhapontico. Cap. V.

DE Rhapontico, etſi proximis annis accuratiſſime in ſchola Patauina egerimus (quæ diſputatio etiam à Petro Bertelli bibliopola typis fuit anno præterito euulgata) nos hoc loco etiam agere ſtatuimus, ſed tamen vt hactenus fecimus, compendioſa tractatione. Preſertimq. cum noſter hortus medicus etiam hucuſq. habeat, & alat legitimam plantam Rhapontici ex Thraciæ monte Rhodope ad nos delatam. Naſcitur enim ſpontè ibi in quadam planitie in qua lacus extat, à quo Hebrus fluuius originem habet, Naſcitur etiam, vt à quibuſdam noſtra ætate deprehenſum eſt, in multis Scythiæ locis. Planta eſt lapatiorum genere comprehenſa pulcherrima tamen, quādam veluti maieſtatem foliorum amplitudine, præſeferens. Hæc igitur ab radice folia fert multa, longis pediculis ſurſum acta ampla, quadantenus ad magnæ lapæ, figura inclinantia, maiora tamen, & latiora, quæ id proprij habent, vt in circumferentia quibuſdam miris circum volutionibus agantur, quibus quaſdam magnas cauitates præſeferre videntur. Colore vero viridi in nigrum inclinante ſpectantur, neque terræ procumbunt, at ſurſum in aerem ſuis pediculis longis, craſſis, latis, intus cauis, exterius conuexis, ſtriatiſque in orbem expanduntur. Inodora ſunt, ſapore vero ſubacido haud iniucundo linguam afficiunt. Fert vero è medio foliorum caulem, vt ſemel in hac planta obſeruare potuimus vnicum, cubitalem, ac ampliorem etiam, folijs concolorem quadantenus ad rubrum inclinantem, rotundum, craſſum, cauum, ſtriatum, geniculatumque, à cuius geniculis ſurculi recti exeunt duo, vel tres vtrinque ex oppoſito, ſimul cum vnico foliolo qui in plures alios diuiduntur, floſculis albis muſcoſis, ſambuci floribus ſimilibus, racematim vndique congeſtis, præditi, non iniucundè olentes, ſapore ſubacido, & guſtui non ingrato. Iis ſemina parua ſuccedunt, triangula figura, paruis folliculis membranaceis contenta, nigra, hyp-

pola.

polapathi ſeminibus planè ſimilia. Planta nititur radicibus multis ab vno, vel à multis germinibus proficiſcentibus, longis, rotundis, centaurei maioris figura ſimilibus, ſed minoribus tamen: ſtatim è terra erutis ex toto ruffis nigreſcentibus, ſed poſtea ſiccatæ radices exterius nigreſcunt, & interius ruffo colore cernuntur, à germine verò radices numero tres vel quatuor obliquè per terram aguntur, hæ ſtatim effoſſæ ſine vllo odore ſunt, ſubſtantiam raram, laxam, leuem, ruffamque habentes, quæ commanducata croci colore tingit, & ſi pluſculum in ore dentibus agitetur, glutinis modo lenteſcit, ſub calidumque non expertem alicuius amaritudinis ſaporem guſtui inducens. Hæcq. eſt iſtiuſce nobilis plantæ delineatio in planta quam alimus in horto medico ſemel obſeruata. Fortaſſe ætate in aliquibus, aliquatenus ipſam mutari, eſtimare non erit abſurdum. Poſt triennium ſolummodo cauleſcit, floret atque ſemina producit. Amat ſolum opacum, eius ſitus vitalis eſt, vt ſeptentrionem ſpectet, orienteque Sole gaudet. An verò hæc planta ſit legitimum rheum antiquorum æſtimanda, etiam in preſentia eſt cognoſcendum. In diſcurſu de rhapontico euulgato demonſtrauimus, primum iſtiuſcæ plantæ radicem reſpondere omnibus notis rhei antiquorum, præſertimque Dioſcoridis, cum illiuſce notas recenſendo dixerit: Radix nigra, centaureo magno ſimilis, ſed minor, ac intus rubicundior laxa ſeu fungoſa, aliquantum leuis ſine odore: Optimum habetur quod teredines non ſenſit, ſi guſtatum cum remiſſa adſtrictione lenteſcat manducatumque colorem reddat pallidum aut quoddam modo ad crocum inclinantem, quæ ſingulæ notæ (ne vel vna deſiderata) in radicibus noſtræ plãtæ cum obſeruentur (quippè cum radix ſit centaureo magno ſimilis, minor tamen, exterius nigra, interius ruffa, quæ in ore agitata tingit pallido colore ad crocum inclinante, atque etiam cum leui adſtrictione lenteſcit, ſitq. ipſius ſubſtantia leuis, rara, laxa, fungoſa, cum remiſſa adſtrictione lenteſcens, ſine odore) quis quæſo negabit eſſe legitimum rheum antiquorum? Arabes huic radici ineſſe ſaporem amarum dixerunt, Galenus vero ait: quod ſi pluſculum mandatur, ſubacrem ſaporem edere. Veritas eſt, vt

In li. 3. de materia med. c. 2.

In li. 1. de antid. c. 14

eſt, vt nos obſeruauimus rheum habere ſubcalidum ſaporem cum leuiſſima amaritudine, vel eſſe cum leui ex calfactione ſubamarum. Itaque cum radix noſtræ plantæ omnibus ijs notis reſpondeat, verum eſſe rheum antiquorum non erit dubitandum, atque etiam non minus iſtiuſce radicis plantam itidem rhei plantam eſſe. De radice Galenus in primo de antidotis non rectè ſenſiſſe viſus eſt, qui voluerit rheum notis à Dioſcoride traditis præditum, quippè quod radicis ſubſtantiam habet leuem, laxam, raram, remiſſeque adſtringentem, eſſe adulteratum, legitimumque eſſe oportere denſum graue, valde adſtringens, quod falſum eſſe, vel ipſemet, etiam ſenſiſſe viſus eſt, in libro octauo ſimplicium, quo loco ipſe faſſus eſt, optimum rheum neceſſario habere ſubſtantiam raram, laxam, leuem, modicèque adſtringentem. Atqui volunt hanc difficultatem accuratius cognoſcere, & complura alia de hac planta, legant diſputationem noſtram de rhapontico euulgatam, in qua omnia ad cognitionem rhei pertinentia diligentiſſime ſue è conſiderata. Liquidò igitur ex ijs cuique noſtrum conſtabit, plantam propoſitam eſſe legitimum rheum antiquorum, atque alia coniectura etiam, quod hæc planta ad lapathum accedat, (lapathi enim genere hanc ſtirpem comprehendi, nemo qui ipſam ſedulo obſeruauerit, contendet.) Quam ſine coniecturam expreſſiſſe viſus eſt Ioannes Tzetzus Heſiodi commentator, cum dixerit lapathi radicem olim rheum à veteribus fuiſſe vocatam, atque hæc de planta rhapontici ſufficiant. Radix perpetuo ſingulares vſus habuit in medicina, miſtam enim habet tum temperaturam, tum facultatem, habet enim quiddam terreſtre frigidum, cuius inditio, eſt adſtrictio, & adiuncta eſt quædam illi caliditas: ſiquidem ſi pluſculum mandatur, ſubacre perſentitur, quin etiam aereæ cuiuſdam ſubſtantiæ ſubtilis, eſt particeps, quod indicat tum laxitas, cum leuitas: Quibus profectò non tantum conuulſis, ſed, & ruptis, & orthopnoicis, hæc radix prodeſt, ſic quoque, & liuentia, & lychenas ex aceto ſanat, & ad ſanguinem expuentes, & ad cæliacos atque dyſentericos conferat. Hi

Capitulo de rheo.

ſunt

ſunt vſus ex Galeno traditi. Quibus addidit Dioſcorides alios non minoris momenti, quippè radicem dari per os ad magnos dolores inflationeſque, & ad lienoſos, hepaticos, coxendicoſque dolores, ad ſingultus, ad febres periodicas, atque ad morſus venenatos. Aliqui experientia cognouerunt radici iſtiuſce plantæ ineſſe facultatem etiam purgatoriam, ſed minorem quam in Rhabarbaro.

Digitized by Google

Hyoſcidmus albus Aegyptius.



Duas

Digitized by Google

De Hyoſciamo albo Aegyptio. *Cap. VI.*

DVas plantas Hyoſciami in Aegypto vidimus vnam annuam alteramq. perennem. Hęc album hyoſciamum, quod ſemina alba, producat; repreſentat, cuius quidem ſeminibus Aegyptij vtuntur ad medicinæ vſum. Illa vero ſecundum hyoſciami genus ſeminis flaueſcentis, quam plantam affabrè delineatam dedit C. Cluſius in rariorum plantarum ſuis obſeruationibus. Haſce duas plantas ſpontè naſcẽtes olim vidimus in Aegyto iuxta tres illas pyramides de quibus nos in Hiſtoria Aegyptiaca ſcripſimus. Albus vero hyoſciamus fruticat ab vna radice plerumq. vnico caule ſemicubitali, aut aliquãdo pluribus rectis, rotundis, gracilibus, folijs oblongis, latis in acutum deſinentibus, albo tomento veluti obductis, ijs foliis ſimilibus, quæ in ſummis caulibus lutei hyoſciami cernũtur, veſtitis. A primis verò caulibus plures alij cauliculi exeunt ijſdem foliolis, & floribus præditi, ſummitates autem caulium habent floreş hinc inde vtrinq. poſitos ex ſuis cytinis exeuntes, amplos exterius albicantes atq. intus quaſi de induſtria verſicolores, vt in floribus albi digitalis viſitur, à floribus in cytinis ſemina minuta alba ſuccedunt. Quibus Aegyptii ad medicinam tutò vti ſolent. Radix verò non diſſimilis videtur lutei hyoſciami in plures diuiſa, carnoſa eſt, & albicat. Atq. hic eſt hyoſciamus albus Aegyptiorum cuius quidem ſemina alba apud nos maximè deſiderantur. Perperam horum loco noſtri pharmacopei ſubſtituunt ſemina hyoſciami lutei, quæ flaueſcũt colore vulguſq. hanc plantam falsò hyoſciamum album appellat. Vtiliſſimus eſt albi hyoſciami ſuccus ad tuſſim, ex acri vel ſalſa capitis deſtillatione, phtiſis prænuntiam. Ad eandem tuſſim moleſtiſſimam Aegyptii cũ eunt dormitum aſſumũt cochlearis menſura ſemina tenuiſſimè trita cum pari quantitate ſacchari pulnerizati, plurimum enim iuuant, humoris acrimoniam, & ſalſuginem hebetando atque ſomnum inducendo. Mulieres etiam ea detrita ſumũt itidem ex ſaccharo ad menſium abundantiam.

Caſſabel Darrizà.




Naſcitur

De Caſſabel darrirà. Cap. VII.

NAſcitur hæc planta,vt relatione accepimus,in Aegyti locis humidis,etſi nos eo tempore,quo in ea prouincia morati ſumus, planè latuerit, non minus etiã in Iudea iuxta lacum Geneſareticũ vocatũ,& in Syriæ multis locis.Semicubitalis,& amplior frutex, eſt ferẽs ab radice caulẽ longũ geniculatum ferè ex toto rotundũ,cauũ,intus habentem medullam albã,vt sãbucus colore fulueſcentẽ, & eóq. ex oppoſito ramuli exeunt recti geniculati è quibus geniculis in cauliculo vtrinq. duo ramuli exeunt ſubtiles flores ferentes magnitudine, & figura florum in lutea lyſimachia, à quibus ſuccedũt parui folliculi oblõgi in acutũ deſinẽtes,nigri,ſemen nigrum,& minutũ cõtinentes, folia vero bina in ſingulis caulium geniculis, vtrinq. ex oppoſito poſita cernũtur,oblonga,lata,inferius in acutum deſinentia,ſine petiolis adhærentia,cernuntur lyſimachiæ foliis ſimilia,ſed minora tamẽ. Radix eſt craſſa lõga in acutũ terminans. Hæc planta videtur ſimilis ex toto luteæ lyſimachiæ. Caules iſtius plantæ craſſiores non ſuperant craſſitiem digiti minoris, intuſq. cauitatem plenã habent medulla alba, vt in ſambuco, quibus caulibus ſicceſcentibus medulla ipſorũ plurimum ſiccata,vt calami caui euadunt,fulueſcunt colore, sũt geniculati, facile franguntur, intuſque habent medullarem ſubſtantiam albam,quæ in ore agitata lenteſcit, inodori ſunt, vel exigui admodum, neque ingrati præſertim radix, lignum cũ aliquãta acrimonia eſt amarũ.Quibus notis ex toto caules ij craſſiores cũ conueniant cum calamo aromatico à Dioſcoride deſcripto,haud iniuria omnes Aegyptii,& Arabes iis caulibus calamis ferè ex toto ſimilibus pro calamo aromatico vſi ſunt,ac vel etiã nunc vtuntur.Hoſq. calamos appellant Caſſabel darrirà, vbiq. locorũ in medicis officinis venales reperiuntur.Nos in Italia,Germania, Gallia, & in aliis prouinciis non parui medicorum,& pharmacopeorum ſecuti, mordicus tenent hos caules,eſſe legitimum calamum,ad medicinę vſum recipiendum,de quò cum accuratè ſcripſerimus in quinto libro de medicina Aegyptiorum vltimo edito nihil aliud hic dicemus.

Digitized by Google

Moſch, ideſt, Bammia Muſchata.




Bammiæ

De Moſch ideſt Bammia Muſchata. Cap. VIII.

BAmmiæ ſimilem plantam Aegyptij Moſch appellarunt, & ipſius ſemen Abelmóſch, quaſi dixerint ſtirpem cuius ſemen moſchum Orientalē redolet, ab odoreq. moſchi nomen inibi inuenit, quod nimirum ipſius ſemina moſchum preſtantiſſimū colore, ſapore, atq. omniū maximè odore æmulētur, Arabes idcirco moſchum oriētalem ipſis ſeminibus familiarius ita adulterare ſolēt, vt vix à peritis adulterium cognoſcatur, quod tamen tempus poſtea detegit, quando non diù hūc preſtantem ſeruet odorem, etenim in adulterato ſuauis ille odor breui tempore exhalat, & reſoluitur. Hæc planta aſſurgit vnico caule, recto, rotundo, canis pilis albicante vndiq. obſito, qui caulis æquis interuallis ab eodem exortu duo ſimul folia producit, alterum magnum, paruumque alterum lōgis petiolis ſurſum acta, & folia, & caules omnes vndiq. pilis albicantibus aſperiſq. referti ſunt. Folia vero, & magnitudine, & figura ad ſtaphiſagriç folia maxime accedunt, neq. à bammię folijs ſunt diſſimilia, hoc excepto, quod ijs longe maiora cernuntur. Flores etiam bammiæ ferè ſimiles apparent inter alarum ſinus cum ſuis petiolis exeuntes à quibus fiunt folliculi rotundi nigreſcentes, ſemina nigra, parua, lunari figura ex toto ferè ſimilia, abutili vulgaris ſeminibus, ſapore ſubamareſcētia, & odore moſchi preſtantiſſimi; Tota planta calida eſt ad primum ferè exceſſum cum humiditate emplaſtrica altheæ non diſſimilis. Quibus folia, & radix emolliunt, laxant, digerunt, ſuppurant, ſcilicet ex aqua decocta atq. emplaſtri modo appoſita, ſemina calidiora ſunt, non ſine ſiccandi facultate, ex quibus detritis fiūt peſſus ad mulieres apnæa vexatas, ſuffituſque non minus ad menſes interceptos reuocandos. Semina detrita ad drachmam dantur vtiliſſime ex aqua calefacta ad frigidos cordis affectus, maximeque ad ipſius palpitationem tollendam.

Hypomaratrum ſpherocephalum.




Planta

De Hippomaratro ſpherocephalo. Cap. IX.

PLanta ex ſeminibus ab Aegypto acceptis nobis nata eſt ferulacea, & vmbellifera caulem ferens tricubitalem, ac ampliorem, rotũdum, geniculatũ, craſſitie pollicari, & maiori etiam herbacei ſeu feniculi colore, obliquè ex geniculis ſurſum actum in ſingulis geniculis ſingulos alios cauliculos oblique exeuntes, producentem, in quorum cacumine corymbaceæ vmbellæ cernũtur in orbem actæ, à quibus floſculi elegantes emicant violacei coloris, qui mutantur in ſemina parua longa, tenuia, anguloſa, feniculi ſeminibus proxima, non parũ ex valido odore fœtentia. Tota planta folijs conſtat fœniculaceis compluribus ab vna radice proficiſcentibus, eo ordine poſitis, vt ſinguli ternis ramulis digerantur. Quo ſanè ordine poſitis eſſe obſeruantur, à ſingulis caulium geniculis exeuntia, licet longè minora exiſtant, Radix vero longa eſt, alba, carnoſa, non diſſimilis à fœniculi radice. Ex tota planta emanat odor, & validus, & ingratus maximèq. ex ſeminibus, ex quo capiti dolor, ſi multum olfecerimus, inducit. Semina etiam non carent quadam excalfactione, ſtirps perennis quoad ſemina producat eſt, quippè triennio, quibus maturefactis, marceſcit. Floret in æſtate, & ſemina maturat menſe Nouembri. Nos hanc plantam (cùm plurimùm accedere ad fœniculum viderimus, atq. ipſo eſſe longè maiorem, ferreq. ſemina fœniculi, nõ cachryfera) Hippomaratrum alterum ſemine non cachryſero, & ſpherocephalũ ex vmbellis in orbem verſis, nominauimus. Differt tamen ab Hippomaratro cachryfero ſemine, & quod eò longe amplior ſit, cauleſq. & longiores, & craſſiores ferat, & vmbellas colore violaceas in perfectum veluti orbem ſeù rotæ modo digeſtas, cum Hippomaratrum luteas vmbellas habeat, & ſemina cachrys ſimilia producat. Quales vſus hæc planta habet prorſus me ignorare fateor. Nunc alitur in noſtro medico viridario, vel etiam frigus hyemale ſpernens.

Braſſica.

Braſſica Spinoſa.



Alias

Digitized by Google

De Braſſica ſpinoſa. *Cap. X.*

ALias cum in Aegypto eſſem credidi braſſicam ſpinoſam vſq. ex Hethiopia delatam fuiſſe, ſed cū à quodam ſtirpium ſtudioſo audiuerim ſponte natam, & in Aegypto, & Iudea, & in Syria conſpectam fuiſſe in eā veni ſententiam, iſtanc plantam Aegypti,& conterminarum prouinciarum,eſſe propriā. Hæc dum viridis eſt decocta ex aqua Indigenæ comedūt. Mihi etiam poſteaquam ex Aegypto patriæ reſtitutus Venetiis ad medicinam faciendam commorabar,ex ſeminibus ab Aegypto procuratis hæc planta & nacta,& fęliciter aucta eſt, atque eouſq. etiam, vt flores produxerit, fructus verò perficere non potuit.Hæc planta creſcit cubitali altitudine & ampliori etiam multis ramis ab vna radice fruticans, longis, rotundis, mollibus,braſicæ colore craſſis, & firmis, à quibus innumeri alij cauliculi exeunt, in alios ramulos, plures angulos ferè facientes, diuiſi, in cauliculorum ſummitatibus fiunt plures tenues albæ ſpinæ acutæ, iuxta quas floſculi fiunt hyacinti floribus ſimiles in rubrum albicantes, quorum vnus ſolum in ramo ſingulo viſitur, à quibus fiunt fructus rotundis paruis, ciceris fructuum magnitudine in acutum deſinentes, qui dū recentes ſunt,guſtui non videntur iniucundi ſed ſiccati lignoſam duritiem,& duram contrahunt; intus colore albicant, & exterius flaueſcunt colore. Hæc planta eſt foliacea,vt braſica, multa folia ferens ab radice,& a caulibus, longa,craſſa,braſſicę folijs ſimilia,quæ dum viridia ſunt videntur ſimilis ferè ſaporis, & guſtus eſſe. Folia, vt dictum eſt, dum vireſcunt decocta ex aqua,aut iure gallinaceo ferculi modo comedunt, atq. etiā non minus cruda itidem folia cum ſale.Mihi ignotum, eſt an apud ipſos alios vſus habuerit.

Sideritis Sambuci folia.



Ex Anglia.

Digitized by Google

De Sideriti Sambuci folio. Cap. XI.

EX Anglia plantã ſideritis nomine ſambuci folio accepimus, nobis ex ſeminibus delatis fęliciter natã. Quæ planta multis caulibus tricubitalibus ac aliquando etiam amplioribus, rectis, quadrangulis, cauis, geniculatis à quorum geniculis vtrinq. folium exit, atq. inter eius ſinum ramuli circum caulis genicula producuntur, in quorum cacumine flores fiunt purpurei, ſeu ruſſi, magnitudine, & figura quadantenus ſimiles floribus rubri digitalis, qui circum caulem vndiq. coronæ imperialis modo à ſuis petiolis deorſum amæno proſpectu pendere viſuntur. Ab his ſuccedunt folliculi parui, rotundi, nigri, in acutum deſinentes, vulgaris ſcrophulariæ proximi, ſemina, nigra, minuta continentes. Folia ab vna radice complura, magna, viridia, magnitudine, figura, colore, atq. fœtore ſambuci folia æmulantia exeunt. Tota planta fœtet vt ſambucus. Radicibus vero nititur multis ab vno germine proficiſcẽtibus, craſſis, carnoſis, mollibus, fragilibus, oblongis, eodem odore fœtentibus. Viuit hæc planta libentius in locis vmbroſis & humidis, ægerrimè in ſiccis, & ſquallidis multumq. à Sole illuſtratis: Verumtamen ingentia frigora hyemis nõ patitur. In multis iſtiuſce ſtirpis elegantia apparet, ſed præſertim in florum pulcherrimo proſpectu. Naſcitur facile in Italię etiam ſolo humecto, & pingui, folia primum ferens lata, & in ſummitate rotunda, quæ poſtea vtrimq. ex ala in alia folia diuiduntur, ſambuci modo, quæ demum perfectę auctæ prorſus ferè ſambuci folijs apparent, dico prima folia ab radice exeuntia. Viuit biennio, quæ, perfectis ſeminibus exareſcit. Videtur ex fœtido odore, ex foliorum colore ex viridi nigreſcente, ſapore, & guſtu quibus vulgaris noſtra ſcrophularia prędita eſt, etiam viribus cum eadem planta conuenire. Attamen quicquam certi de ipſius viribus, & vſibus ad medicinam haud experti ſumus.

Digitized by Google

Scabioſa Centauroides.



Plantam

Digitized by Google

De Scabioſa Centauroide. *Cap. XII.*

PLantam olim Neapoli à Ferrando Imperato viro in ſimplicium medicamentorum cognitione doctiſſimo amicoq. plurimum obſeruando ex ſeminibus nobis natam pro centaurei maioris ſpetie accepimus, quippe quod folijs centaureo maiori ſit admodum ſimilis. Hæc igitur ab radice folioſa cernitur, habet enim folia à radice multa, magna, nigricantia, centaurei maioris maximè ſimilia, adeo ex ijs ab omnibus centaureũ maius primo anno fuerit iudicata. Verum anno ſecundo in quo cauleſcit fert caules per medium foliorum plures, nudos, ſubtiles, rotundos, ferè iunceos, rectos, bicubitales ac ampliores etiam, qui in cacumine habent capita rotunda ſcabioſæ capitibus ſimilima, & floribus qui lutei ſunt, & ſeminibus etiã non minus quæ ſunt longa, & nigra. Nititur hæc planta radicibus, multis, longis, gracilibus, ab vno principio procedentibus. Hæc à nobis fuit inter ſcabioſa repoſita, & meritò ex capitibus, floribus, atq. ſeminibus, ipſam verò nominauimus ſcabioſam centauroidem, quod folijs maxime, vt dictum, eſt, ad plantam maioris centaurei accedat. Semina intensè amareſcunt ex quo amarore recentiorum plures facultates non parum calfactorias in ſuis ſcabioſis cognouerunt. Quod ni mirum calfaciant, ſiccentq. non leuiter, humoresq. craſſos comminuant, ac detergant. Quò etiam viſcera obſtructa maximè aperiunt. Vnde nonnulli exhibent decoctum ex ſeminibus, ac vel etiam ex radicibus in aqua paratum, & ad luem gallicã, & ad ſcabiem tollendam. Aliqui eximiè commendarunt ſuccum, vel ex folijs, vel ex radicibus expreſſum, aut decoctũ aut radicis, vel ſeminum puluerem cũ modico theriacæ antiquæ, ad peſtiferas febres largo ſudore finiendas. Quibus quidem viribus, & noſtram Centauroidem cum eodem modo amareſcat, haud carere, credimus. Viuit hæc ſtirps in Italia, hyemalia frigora ſpernens, eſtque perennis.

Linaria

Digitized by Google

Linaria ſemper virens.



Ex orientis

Digitized by Google

De Linaria ſemper virente. Cap. XIII.

EX orientis locis ex ſeminibus nobis natam plãtam accepimus perpetuo virentẽ,& per æſtatem totã florẽtẽ,quibus botanicæ cognitionis ſtudioſis elegantiſſima planta viſa eſt. Hæc fruticat caulibus multis bicubitalibus ac amplioribus etiam rectis,rotundis, colore in cœruleum nigricantibus,folijs vtrimque ex oppoſito longis, tenuibus ad linum accedentibus, veſtitis, quibus libuit nobis linariam iſtanc plantam nominari. Folioſa ab radice, eſt, & multum fruticoſa. Caules in cymis ſpicæ modo flores producunt cœruleos paruos, elegantes,os veluti ranæ æmulantes,à fronte latiuſculi clauſiq. cum cauda tenui inflexa, vt in conſolida regali à quibus ſemina fiunt nigra,rotunda,minutiſſima, paruis folliculis,rotundis, nigricantibus contenta,radicibus verò nititur multis, lõgis, tenuibus, albicantibus,ab vno principio procedentibus. Hanc ſtirpem ſibi plures perſuaſerunt eſſe legitimam oſyridem antiquorũ de qua Dioſcorides ita habet: Oſyris frutex eſt niger,ramulos ferens tenues lentos fractuq. contumaces, & in ijs folia quaterna, quina,ſenauè, ſeu lini nigra in initio deinde colore mutato rubeſcentia, decoctum eius iuuat arquatos. Quæ planta in horto medico ſata,nedum,rectè vixit, at ita luxuriat atque ipſam ſobole auget,vt vix modo quin totum occupet,extirpari queat,ſuiſq. ſeminibus perennis redditur. Amara,eſt ad primeq. vtilis ad tollendas à viſceribus obſtructiones, vnde mirũ non eſt, ſi eius decoctum ſanet ictericos,& vrinam efficaciter moueat ex quo à multis etiam vrinaria dicta eſt.

Porragine

Borago echioides.



Olim

Digitized by Google

De Boragine Echioide. Cap. XIV.

OLim ex Gallia ſemina accepi,ex quibus mihi iũc nata, eſt planta herbacea, maxime, & in foliis, & in floribus, & in aliis ferè omnibus cum vulgari noſtro boragine conueniens,ſemina verò, etſi etiam colore, & magnitudine ſimilia viderentur, tamen in hoc differunt,quod in ipſis figura capitis ſerpentis obſeruetur, qua ad echium etiam accedit. Vndè non haud iniuria fortaſsè hanc planta boraginem echioidem nominauimus. Viuit hæc planta libentius in locis humidis, & opacis, ex perpetuiſq. eſt, folia ſapore dulcia, vt borago ferè ſentiuntur, vnde haud diſſimilem etiam viribus à boragine eam iudicandam putamus. Verumtamen fatemur nondum experientia aliquos ipſius vſus deprehendiſſe.

Digitized by Google

Laſerpitium.



Plantam

Digitized by Google

De Laſerpitio. Cap. XV.

PLantam in horto medico alimus quam primo vidimus Patauij in Horto Bembo vocato, quo tempore illiuſce horti curam habebat Horatius Bembus ciuis Patauinus in herbarum ſtudio adprimè verſatus, & poſtea in horto Perilluſtrium Muſſatorum ſtirpibus rarioribus maximè conſpicuo. In quo horto, cũ menſe Iulio eã plantã conſpexerimus caule procero longitudine triũ cubitorũ, recto, cauo, brachij craſſitie, magnitudineq. lõgitudineq. ferulæ cauli ſimile, quin etiã, & eodem colore infecto, ita vt videretur in omnibus ei quam ſimilimus, & folioſus ab radice, foliaq. ſelinis foliis ſimilia fert, etiã folia ſylueſtris Angelicæ æmulantia licet maiora eſſent, atq. ipſius radicem brachiali craſſitie, & longitudine præditam obſeruauerimus. Iſthuſceq. plantæ caulis, antequam in ipſo vmbella erumperit brachialis craſſitiei eſſet, atq. in cacumine veluti conum habere viderimus, & tunc temporis magnitudine, & figura caulem laſerpitii qui in antiquis Iouis Amonis numiſmatibus impreſſus cernitur, prorſus æmulari videretur. Ferreq. hunc caulem in vmbella ſemen latum, foliaceum, & particulatim vt de laſerpitio expreſſit Theopraſtus, quale eſt atriplicis hortenſis poſtea viderimus atq. etiam quod laſerpitii proprium eſſe videbatur per æſtatem quo tempore caſu eam plãtam offendi, & caulis, & radix copioſius lacteum ſuccũ odoratum fundere vidiſſemus, ſponteq. ex caule, ramis & radice, copioſum emanaret (quod lac primum colore verè lacteo cernebatur, poſteaq. collectum, & aliquandiù ſeruatum colore fulueſcebat, & eſt odoratum alicuius excalefactionis non expers) Tunc quippè ex iis ſignis obſeruatis, eam plantam Laſerpitiũ eſſe Theopraſti, Dioſcoridis, & Plinii facile animaduertimus, quod certe ſi Theopraſto Dioſcoridi atq. Plinio (qui ſoli ex veteribus laſerpitii plantam deſcripſerunt) credendum ſit, à ratione non abhorrebit, vt omnibus perſuadeatur, verũ eam plantam eſſe laſerpitium, neque immerito ita nos ipſam plãtam nominaſſe, cum præſertim eorum veterum teſtimo-

nio conſtet, olim laſerpitium fuiſſe plantam ferulaceam, cauleṁq. habuiſſe longitudine, & craſſitie, vt ferula, in cuius cacumine producebatur ſemen latum, & foliaceum, qualis in hortenſia triplice (auctore Theophraſto) viſitur, foliaq. habuiſſe itidem apii foliis ſimilia, & radicem craſſam ex qua, & ex caule erumperet ſuccus lacteus, odoratus. Quæ ſingula cũ in noſtra planta rectè animaduertantur, mirum haud erit, ſi nos ipſam plantam laſerpitium vocauerimus. An vero cyrenaicum ſit non audemus affirmare, at fortaſsè, quod vel in Syria, vel Armenia, vel in Media olim naſcebatur. Nos in apertione horti medici annis præteritis de hac planta diſcurſum accuratiſſimum habuimus. Tota planta calida eſt, vt ex odore grato, & ex acri ſapore coniicitur, ſed tamen non hactenus experientia cognouimus, quos vſus ad medicinam habeat; ſingulis tribus annis cauleſcit, & ſemina producit, quibus maturefactis planta emarceſcit. Hanc plantam primo ex ſeminibus ex Thracia delatis nobis natam fuiſſe, quæ in ſolo Patauino libenter viuit, & in Sole, & in vmbra.

Lotus

Digitized by Google

Lotus Ægyptia.



Tametſi

Digitized by Google

De Loto Aegyptio. Cap. XVI.

TAmetſi in noſtra hiſtoria Aegyptiaca ſatis ſuperq. & de loto Aegyptia ſeu Nilotica, & de colocaſsia egerimus nihilominus placuit nobis, vt denuo de eadē planta ea occaſione ageretur quod Mattehus Carbonus (multos ab hinc annos in Aegypto Moratus, medicus Venetæ nationis percelebris, quiq. in ea prouincia Medicinam apud Turcas proceres, & apud alias gentes faciendo, præſertimq. ad perſanandam nationem Venetam, magnam, & laudem, & famam, aſſecutus eſt) à me rogatus magna inibi vſus diligentia, nullis laboribus periculiſq. parcens, tādem Niloticam lotum haud procul à ciuitate Cayri, in quibuſdam locis aqua nili fluminis, ęſtate de more ſolito, aucti, inundatis, ac veluti lacunis effectis (quos lacus Birchas Aegyptii vocāt) offendit, ac nactus eſt, vſq. adeo copioſam, vt folia aquæ ſupernatantia iſtiuſce plantæ vndiq. aquam lacuum occultarēt, audiuitq. propè Roſſetum (Aegyptii Raſſit appellant) in ſimilibus lacunis aquæ copioſæ lotum prouenire. Huius plātæ florem cum ſuo caule vocant Arais el Nil folium cum itidem caule ſiue pediculo Biſelnil, atq. radicem Biarum, quo nomine etiam magnus Abimbetar ſuo æuo radicem ab indigenis vocatam fuiſſe in libro de plantis Aegyptiis ſcriptum reliquit. Hac inquam occaſione (quod ad me medicus hic illuſtris, & plantas loti cum floribus, fructibus, caulibus, foliis atq. radicibus miſerit, & accuratam deſcriptionem totius huius ſtirpis, & ſingularum omnium partium accuratiſſime inibi cū aliis, quos ſecum duxerat Mauris factam mihi per litteras ſignificauerit) iterum hic de eadem planta ſumma voluptate agendum non immeritò inſtitui, vt ipſius veritas mortalibus tandem certa, claraq. eluceat, atq. etiam non minus, vt ſtudioſi rei botanicæ ceſſent amplius de Nilotica loto quicquam dubitare. Id proprii hæc planta habere videtur quod pertinet ad ipſius magnitudinem, vt Carbonus oculata fide vidit, quippè ipſam creſcere in aqua lacuſtri vſq. ad aquæ ſuperficiem adeo vt quanta ſit in lacuna altitudo aquę tanta itidem iſtiu-

In cap. de Biſaim.


ſce

Digitized by Google

ſce plantæ eſſe videatur, namq. ſi aqua (exempli gratia) ſit hominis altitudinis, eadem magnitudine lotus itidem deprehēdatur. Vndè conſtat hanc ſtirpem vbique locorum equalem altitudinem non habere, proprietaſq. eſt vt in aqua ſolūmodo viuat ad eius ſolummodo ſuperficiem aſcendens, floreſq. numquam intra aquam aperiēs, ſed ſupra ſuperficiem aquæ. Neque deprehenſum, eſt ab ipſo, atq. ab iis, quos ſecum habuit Mauris, vt flos, & caput ſupra aquæ ſuperficiem multū aſcendat, vt Theophraſtus, & Plinius locuti de mirabili iſtiuſce plantæ ad Solem conuerſione affirmarunt. At de hac loti proprietate paulò poſt aliquid dicemus, ſed ad plantæ deſcriptionem redeo. Primum diximus tantam eſſe iſtius plantæ altitudinem quanta eſt aquæ à fundo vſq. in ſuperficiem, at neceſſe eſt tamen plantæ flores, & capita ſupra aquæ ſuperficiē aliquantum emergere, ſi vera eſt eius ſolaris conuerſio magnoperè ab antiquis concelebrata. Foliis vero hæc planta cōſtat multis, numeroſis, colore atq. figura albæ nymphea floribus proximis, vnde nos cum Aegypti loca perluſtraremus hanc plantam in lacubus ſæpius viſam pro nymphea mirum haud eſt, ſi ea ſimilitudine decepti acceperimus, negligenterque, vt nunc fatemur, eam neglexerimus. Habent ſingula hæc folia ſuos caules aut pediculos ab radice exeuntes, vt in Nymphea alba. At nedum folia Nympheæ ſimilia habet, ſed quin etiam capita, & radicem, eiq. Nimpheæ habenti radicem rotundam, quam radicem loti corſiam in noſtra Hiſtoria Aegyptiaca vocauimus quam ab hinc plures annos in Margeræ lacunis propè Venetias poſitis inuenimus, & eruimus erutamque depinximus. Itaq. loti flores ſimiles ſunt albis Nympheæ floribus, & magnitudine, & figura, & foliorum colore, atque etiam quod ſinguli, ſingulos caules virides rotundos habeāt, in quorum cacumine poſiti ſunt flores quam ſimilimi albis Nympheæ floribus, magni, candidi, aliquantulum odoris læuiſſimi ad violæ odorem inclinantis, reſpirantes.

Flos

Loti Ægyptiæ, quatuor prima folia, florem totum claudentia.



Flos

Digitized by Google

FLos vero, vt particularia attingam, quatuor primum foliis oblongis, latis, magnitudine florum lilii, & figura, exterius circum clauditur, quæ exterius viridi colore in nigrum inclinante ſpectantur, habentque exterius ſigna ſiue lineas quinque, vel ſex, vel ſeptem, ad plus per longum diſcurrentes, Intus verò hæc folia lenia ſunt, candidaq. vt lac abſque vllo ſigno, vel macula. Quæ quatuor folia hac quidem, & magnitudine, & figura exterius cernuntur.

Digitized by Google

Flos Loti Ægyptiæ medijs foliolis arcuúm modo inflexis.



His qua-

Digitized by Google

HIs quatuor foliis apertis alia folia numero ferè duodecim ſed paulò minora ſuccedunt, quæ vt in Nymphææ flore excluduntur exterius, intuſq. ex toto candida abſq. vllo ſigno vel macula, atq. hic eſt ſecundus foliorum ordo. Tertio ſuccedunt alia folia numero ferè viginti quinque ad quadragena, quæ longa, & acuta in trianguli modum, ſcilicet quæ à principio vſq. ad medietatem candicant, & à medietate in extremitatem, vſq. luteo colore cernuntur, per longum linea tenui recta diſcurrente. Sunt & alia in flore folia oblonga tenuia in obtuſum angulum deſinentia colore luteo, quarum quædam maiora, quartum ordinem, & quædam minora, quintū in flore ordinē facientia obſeruantur, atq. in medio quædam alia folia paruiſſima ac veluti capillamēta craſſa ſurſum quodam tempore intorta, veluti intro arcus modò inflexa, & incuruata cumq. flores propè ſunt vt folia abiicere incipiant, quippè flore declinare incipiente in medio tamquam centrum poſitū adnaſcitur paruus globulus durus piperis nigri magnitudine, & colore ex quo augeſcēte fit magnum caput, ſemina continens, Huiuſmodiq. eſt loti flos, in quo poſt aliquod temporis interuallum folia primo lutea defluunt, reliquis flaceſcentibus atq. paulo poſt itidem decidentibus. Inter folia verò omnia ſola quatuor externa perſiſtunt, vſq. ad fructus ſeù capitis perfectionem. Flos verò quando habet interna foliola ſurſum arcuum modo incuruata, inflexa, eſt iſtiuſmodi figuræ.

Digitized by Google

Flos Loti Ægyptiæ folijs expanſis ad naturalem fere magnitudinem.



Flos ve-


Digitized by Google

FLos vero, & magnitudine, & figura naturalem imitatus cum omnibus folijs cuiuſq; ordinis apertis expanſiſque erit, cuiuſmodi hic pictum damus.

Loti

Digitized by Google

Loti Ægyptiæ caput, in quo ſemina continentur.




Floribus

Digitized by Google

FLoribus ſuccedunt capita rotunda, meſpilo magno, magnoque fruſtui albæ Nymphex ſimilia, cortice viridi contecta, intus veluti longos, paruoſque folliculos habentia, quæ ſemen continent minutum, braſſicæ ſemini ſimile, Caules ſeu pediculi tum florum tum foliorum ſunt longi, craſſi vt minimus digitus rotundi, caui, vt in alba Nymphea cernuntur, pediculi florum ferè decem numero ab radice exeũt, totidemque, & foliorum.

Digitized by Google

Loti Ægyptiæ folium integrum.



Folia

Digitized by Google

FOlia verò magnitudine, & figura Nympheæ albæ folia æmulari videntur, vndiq. crenata ſunt, atq. etiam loti folia pluribus lineis vario modo per folii ſuperficiem veluti neruulis diſcurrentibus infecta obſeruantur. Colore vireſcunt in obſcurum inclinante, non diſſimili à Nympheæ foliorum colore, ita enim abũdant lacus quidam, (ſed potius loca quædam campeſtria, quæ vt lacunæ per æſtatem ab aqua Nili fluminis aucti inundata aliquandiù manent) loti plantis, vt tota aquæ ſuperficies ſoliis contecta, occultetur, viroreq. eò amæniſſimo vndiq. oculi gaudeant. Plantaq. hæc viuens ſupra terram cernitur, quoad totam aquam terra fuerit abſorpta, atque ſiccata, quod fieri ſolet Nouembrio menſe, quo tempore loti plantæ ſub terra occultantur, marceſcentibus tum foliis, tum floribus, tum fructibus, cum totis ſuis plantis, quò conſtat, Lotum eſſe annuam plantam. Hic damus folium ex maioribus affabrè ex viuo delineatum.

Loti Ægyptiæ Radix.



Tametſi

Digitized by Google

RAdix verò cui tota hæc planta nititur rotunda in oblongum magnitudine atq. figura, vt pyrus parua, exterius nigra, intus flaueſcens, pulpa ſanè carnoſa, & dura, guſtu adſtringens, & ſubdulcis. Prorſus verò aucta non ſuperat magnitudinem magni oui gallinacei. Indigenæ ex iure coctam libēter comedunt, videtur cocta intus colore, oui rubrum imitari. Ab hac radice craſſa, & carnoſa, innumeræ ferè fibroſæ tenues, colore albicantes procedunt. Atq. hæc eſt Arais el Nil à Matteo Carbono deſcripta. Quam plantam eſſe lotum Dioſcoridis, & Theopraſti non videtur dubitandum, cum omnes notas hæc ſtirps habere videatur quas Theopraſtus Loto Niloticæ tribuiſſe viſus eſt; cum de ea ita ſcripſerit, Lotus Aegyptia in planis parte maxima prouenit, cum rura inundantur. Huic plantæ caulis ſimilis fabæ, & fructus eodem modo, verum minores, gracilioreſq. Naſcitur fructus in capite modo quo in faba. Flores cādidis liliis foliorum anguſtia proximi multi ac denſi promiſcui exeunt, Sole occidente ſe comprimunt, caputq. integunt, ad ortum aperiūtur, & ſuper aquā aſſurgunt, idq. faciūt dum caput perficiatur, floreſq. defluāt. Capitis magnitudo, quanta papaueris maximi, & percingitur inciſuris, non alio modo quam papauer, niſi quod in his fructus frequentior habetur, qui milio non abſimilis eſt. In Euphrate caput, floreſq. mergi referunt, atq. deſcendere vſq. in medias noctes tantumq. abire in altum, vt ne demiſſa quidē manu capere ſit, diluculò deinde redire, & ad diem magis. Sole oriente iam extra vndas emergere, floremq. pateſcere, quo patefacto amplius inſurgere, vt planè ab aqua abſit altè. Aegyptii capita ipſa acerius putrefaciunt, cumque tegumenta putruerunt; in flumine lauando ſeparant fructum, & ſiccantes, pinſenteſq. panem faciunt, eoq. cibo vtuntur. Radix Loti corſium appellata rotunda eſt cotonei mali amplitudine. Cortice nigro, quali nux caſtanea tegitur, corpus internum, candidum, elixum, aſſumq. in ſpecimen albuminis vertitur, gratū cibis, māditur etiam crudum, ſed gratius decoctum ſeu aqua. Atq. hæc Theophraſtus de Loto Aegyptia. Quibus cōſtat Lotum plantam naſci in planis Aegypti, aqua per æſtatem inundatis; Hiuſmodiq. plantam flores ferrè albos liliis proximos, à

In lib. 4. de hiſtor. plant. ca. 10.

quibus fiunt capita vt papaueris capita magna, plena ſeminibus, milio haud abſimilibus, & radix eſt rotunda, exterius nigra, intus candida, cotonei mali amplitudine. Quod hæc planta ſit illa (quam hac noſtra ætate vocant Arais el Nil omnes Aegyptij, quo nomine propriè magis loquendo intelligunt florem cum ſuo pediculo, veluti foliū vocant itidem Biſelnil, & ab el Nil caput, & radicem Biarū) Nulli profectò dubiū debebit, cum flores ferat candidos liliis ſimiles à quibus capita producuntur, quanta ſunt papaueris magna, quæ ſemen continent milio ſimile, cum hæc planta habeat radicem rotundā, cortice nigro, & intus colore flaueſcat, ſitq. & cruda, & cocta, edulis, & præſertim cum Abimbetar medicus Aegyptius in capite de Loto, (quam plantam vocat Biſnim) dixerit radicem eſculentam Biarum ab Aegyptijs fuiſſe nominatam, quo nomine huius temporis Aegyptij itidem hanc radicem intelligunt. Vnum eſt, quod notatu dignū eſſe videtur apud Theophraſtum legi de radice, amplitudine mali cotanti, eam fuiſſe. Dioſcorides ex Theopraſto dixit, ſimilitudine mali Cotonei, neutrum verum eſſē deprehenſum eſt, ſiquidem radix potius eſt pyriformis, & magnitudine ouum gallinaceum magnum non excedit. Libēter crediderim Theopraſtum, pro Loti corſia radice, colocaſſiæ rotundæ radicem, cognouiſſe, quæ verè, & amplitudine, & figura rotunda malum cotoneum æmulatur. Accedit etiam quod addidit, intus eſſe candidam, cum loti radix exterius ſit nigra, & intus flaui coloris, vndè meritò decocta colore oui luteum æmulari, vel etiam Dioſcorides expreſſit. Quibus quidem colligo Arais el Nil Aegyptiorum eſſe legitimum lotum Niliacum Theopraſti, & Dioſcoridis. Nos verò priuſquam hanc plantam vidiſſemus, ſuſpicati fuimus eſſe Nymphεæ ſpeciem, ex ea etiam famoſa illiuſce plātæ conuerſione ad Solem (de qua abūdè ſcripſimus in noſtra Hiſtoria Aegyptiaca, cum in Margheræ lacunis in Nymphea alba eam conuerſionem fieri ſedulò obſeruauerimus, & etiā inibi inuenimus, nympheam albam radice rotunda, quam eiuſdē ferè guſtus eſſe deprehendimus, cuius eſt Arais el Nil quæ eſt Lotus Nilotica. Mirum certè eſt cur veteres Lotum nympheæ ſimilem non fecerint, & foliis, & caulibus, & floribus

bus

bus, & capitibus, ac vel etiam radice rotundæ nymphex, cum folia ſimilia, & figura, & magnitudine ſint, licet aliquantum minora ſint, & vndiq. ſerrata, & habētia longè plures neruos paruos per longum, & latū folij diſcurrentes, quid de floribus? an non ex toto ſimiles ſunt, an non habent etiam in medio foliola, longa, tenuia, ſurſum obliquè inuerſa, quæ Dioſcorides de Nymphea locutus, Crocum appellauit, caules ijdem prorſus longi, rotundi, caui, & colore viridi in nigrum inclinante. Quid de capitibus an non, & figura, & magnitudine, & colore, ea quæ in nymphea ſunt, æmulantur? in ſemine aliquantum differunt, quoniam nympheæ capita habent ſemina longè maiora, non tamen nigra, vt Dioſcorides meminit. Radix verò nympheę albę à nobis in Margherę lacunis effoſſa rotunda haud abſimili a loti corſia nobis viſa eſt. Cuius imaginem, & totius plantæ dedimus in hiſtoria Aegyptiaca, Addo radicem nympheæ loti corſię habere eundem guſtum, quē Arais el Nil habere me obſeruaviſſe ſcio. Vnde mirū nō eſt, ſi Theophraſtus in libro nono de Hiſt. plantarum ſcripſerit. Nympheæ radix dulcis eſt, quæ naſci in lacuſtribus ſolet, vt Orchomeniēſi agro, & Marathone, & in Creta Inſula Bœoti Madoniam hanc appellant, fructumq. mandunt, gerit folia ſuper aquam ampla, trita impoſita plagæ ſanguinem ſiſtere traditur, vtilis & ad difficultates inteſtinorum pota, Non diſſimile traditum fuit à Plinio de lotometra, quæ fit ex loto ſata ex cuius ſemine ſimili milio fiunt panes in Aegypto, à paſtoribus maxime aqua vel lacte ſubacto. Negatur quicquam illo pane ſalubrius eſſe, aut leuius dum caleat, refrigeratus difficilius coquitur, fitq. ponderoſus. Hunc panem vsū ad medicinā cum nymphea conuenire vel etiam hiſce verbis nobis tradidit, dicens: Conſtat eos qui illo viuant, nec dyſenteria, nec teneſmo, neque alijs morbis ventris infeſtari. Quare ex ijs nos haud male feciſſe putamus cum Arais el Nil eſſe lotum Niloticam Theopraſti, & Dioſcoridis affirmauerimus, atq. nō minus hanc plantam inter nympheas albas eſſe comprehendendam, & hic, & alibi demonſtrauerimus.

In ca. 13.

In li. 22. Hiſt. natur. c. 21.

Colocaſſia

Colocaſſia macroriza, ideſt longæ Radicis.



Flos

Digitized by Google

De Colocaſſia macrori{z}a minore, ideſt longè radicis. *Cap. XVII.*

CVm Loti plāta ex Aegypto accepimus etiam colocaſſiam macrorizam alteram, ab ea, quę, & in libro de plantis Aegypti, & in hiſtoria Aegyptiaca proximè euulganda delineauimus haud parum differentem, illa enim quaſi per terram repens longè craſſior, & carnoſior viſa eſt. Hæc verò colocaſſia macroriza planta eſt, & in toto, & in partibus longè minor. Folia ſiquidem longè minora cernuntur, tenuiora, & magis in acutum deſinentia coloriſque vireſcentis dilutioris pediculi itidem ſunt longè ſubtiliores, guſtus valdè acrioris, acutioriſq. Radix verò longè gracilior, exterius obſcurior, intus non ita alba, vt altera longa viſitur, ſaporis itidem acrioris, per rectum autem in terra manere videtur, ſeu iacet, vt betæ radix. Numquam in ea regione viſum eſt hanc plantam cauleſcere, neque florem neq. fructum ferrè. Neque hæc colocaſiæ ſpeties inibi eſt multum frequens, neque minus in vſu eſt apud eas gentes familiarius cuiuſmodi eſt altera macroriza maior, quæ etiam guſtui ex vire elixa eſt ſuauior, & ea Aegyptij veſcuntur frequentius, In magna enim copia inibi naſcitur, decocta ſanè dulcis redditur, omnemq. in coctura acutum, & acrem ſaporem ammittit. Itali etiam ibi viuentes magna voluptate, & cocta, ſcilicet, & elixa, & in ſartagine frixa, veſcuntur. Inſuauioris guſtus eſt macroriza minor, & durioris ſubſtantiæ. Eſt tamen hæc cæteris alijs colocaſsijs, medicamentoſior. Decocta enim ſtomacum iuuat, appetentiam concitat, atq. efficacius vrinam mouet. Sed quædam me ad iſtiuſce ſtirpis cognitionem illiſtrandam non pigebit, & repetere, & accuratius conſiderare, & primum quid faba illa Aegyptia apud veteres fuerit, an nunc alicubi viuens reperiatur, an ſit colocaſsia, vel ab ipſa ſpetie diſtinguatur, quidque & ipſa colocaſsia dicatur, & ſi ad Arigenus eam referre debeamus, non minuſque etiam ſi eam Plinius ſolus (qui Aron Aegyptium

ptium meminerit) per Ari deſcriptionem intelligi voluerit. Hæc à nobis in preſentia ſunt cognoſcenda conſtat vero (vt rem ipſam aggrediamur) olim fabam Aegyptiam fuiſſe fabam naſcentem copioſius in paluſtribus, & ſtagnantibus Aegypti aquis, ac non minus etiam in multis lacubus, in Syria Cilicia, ac vel etiam (auctore Theoprasto) circa Toranam agri Chalcidici in quodam laco, huius autem folia fuiſſe ampla pilei Theſſalici magnitudine, magnum ſcapum, flore duplo maiore, quam papaueris, colore roſeo ſaturo: Caulemque quatuor cubitibus longum digiti craſſitie, mollem abſq. geniculis. Radicem verò iſtiuſce plantæ fuiſſe arundine craſſiorem, aculeatam, quæ cocta, & cruda illis gentibus gratiſſimus cibus fuit, ſcilcet elixa, & aſſa, quæque fuerat ſtomacho vtilis multum nutriebat, tardique (quod aſtringens eſſet) tranſitus. Quam radicem, vt Attheneus eſt auctor, Alexandrinos, & Cyprios Colocaſſion, & Colocaſſiam olim vocaſſe, conſtat. Hiſq. notis faba Aegyptia fuit olim ab antiquis expreſſa. Hæc an nunc alicubi viuat dubium maximè eſt, quando in Aegypto nuſquam hactenus planta inuenta cognitaq. ſit illis notis prædita, maximèque quæ thyrſum illum longiſſimum maximumque ferat cum eo amplo flore, & fabis illis pro fructú, quæ flori ſuccedant, exculentis, de quibus apertè meminerunt Theopraſtus, Dioſcorides, Phylarchus, & quod edules eſſent, & quod, & in humido, & ſicco ſolo quondam ab antiquis ſererentur, non in Aegypto duntaxat, ſed in multis alijs locis, Nicander de ijs in Georgicis, ita habet.

Aegyptiam tu fabam ſerito, vt poſt metas
E floribus coronam texas: de lapſu
Maturo fructu cibaria pranſuris
Pueris, & iam pridem cupientibus in manum des
Ego quidem radicem elixam in epulas promo

Oſtendunt ſanè Aegyptij incolæ in lacubus, aquiſque paluſtribus naſci plantam radice preditam longa, craſſa, carnoſa, geniculata, craſſi harundini maximè ſimili, guſtù acri adſtrin- teque eſculenta, atque in victù eoſdem vſus apud Aegyptios præbente, quos fabæ Aegyptiæ radicem olim habuiſſe, cõſtat,
quam

quam nunc omnes colocaſſiam appellant. Quo nomine vocatam quoq. fuiſſe olim à multis fabæ Aegyptiæ radicem, ſcilicet à Dioſcoride, qui dixit fabæ Aegyptiæ radicem à Cypris Colocaſſiam vocari, & Athæneus ex Nicandro, qui ſcripſit: eam radicem Alexandrinos colocaſſiam appellaſſe. Plinius verò ſcribit, In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſſiæ, quam Cyamum aliqui vocant, quo fit ne Aegyptiæ fabæ plantā à Theophraſto, & alijs, cum caule, flore, & fructibus deſcriptam, planè (quod nuſquam in Aegypto ea naſcatur) vbique locorum periiſſe fateantur, dubitant potius ea de faba Aegyptia (quod ſcilicet caulem ferat, florem, & pro fructu fabas edules) veteres cum errore, aliorum relatione deceptos poſteritati tradidiſſe. Vnde ij idcirco fuere haud iniuria ſuſpicati fabam Aegyptiam eſſe colocaſſiam Aegyptiam Macrorizam à nobis vocatam, ideſt longæ radicis, præſertimq. cum ea radix ſit harundine craſſior, eiuſdem coloris, exterius quippè nigricātis, intus albi, ſaporis acris, adſtringentiſq. quæ decocta redditur guſtui iucundiſſima quamobrem illis gentibus in cibo eſt familiariſſima, coſdemque vſus habet, & ad cibum apud Aegypti incolas, & ad medicamenta, quos Aegyptiæ fabæ radicem olim ex antiquis habuiſſe conſtat, Addunt folia noſtræ colocaſsię notis omnino conuenire cum fabæ Aegyptiæ folijs, & amplitudine, & figura, eamque, & propriam, & ſingularem notam habent, quæ foliis fabæ ab antiquis expreſſam fuiſſe viſa eſt. Maximè verò ab vno Strabone ita de ea dicente: Delectantur autem in Thalamegis nauibus denſiſſima fabeta, & eorum foliis inumbrati, quæ adeò magna ſunt, vt poculorum, & catinorum vſum præbeant, habent enim concauitatem ad id idoneam, vtebantur iis ad pocula. Hoc ſingulare in foliis vulgatæ noſtræ Colocaſsiæ recognouimus quum aquam multam ex pluuia in eam foliorum cauitatem delapſam multos dies conſeruatam, quam quiſque commodè ebibere potuerit, ſæpius viderimus. Hincque fortaſſe eſt, quod multi ex antiquis, cum de faba Aegyptia egerint (quod ſcirent ipſam, & colocaſſiam vnam eandemque eſſe ſtirpem) ne verbum quidem de Colocaſſia, vt Theopraſtus, & Dioſcorides fecerunt: Idem ex Diodoro

In lib. 3. deipnoſophiſtaū.

In Geographiæ lib. 17.

In l. II. de fabuloſis antiquorū geſtis.

Colume la in lib. 8. cap. 15. Paladius de hortis in menſe Febrar.

Siculo comprehenditur, qui duas duntaxat ſtirpes Aegyptiis familiares expreſſit, ſcilicet lotum Niloticam, atque fabam Aegyptiam, ne verbum quidem de colocaſſia locutus. Eodem modo plures ex antiquis qui de Colocaſſia egerunt minimè fabam meminerunt. Cuiuſmodi ex latinis fuerunt Columella, & Paladius. Vtrique ſcripſerunt de colocaſſia ne verbum quidem de faba Aegyptia facientes, Idem fecerunt, & ex Arabibus Auicenna, & Serapio, qui de Chulcaſſia ſolummodo ſcripſerunt. Abimbetar vero medicus Aegyptius viſus, eſt voluiſſe colocaſſiam eſſe quæ habet radicem rotundam, præſertimque ad malum aurantium inclinantem. Qui tamen non negauit fabæ Aegyptiæ quam craſſiorem radice harundinis fecerat ſua ætate vocare colocaſſiam. Addunt ad eam ſententiam confirmandam complures ex antiquis ſcripſiſſe fabæ Aegyptiæ radicem Colocaſſiam appellari. Huiuſmodi fuerunt ex Græcis Dioſcorides, Diphilus, Siphnius, atque Nicander, vt Atthæneus eſt auctor. Hoc maius expreſſiſſe viſus eſt, cum dixerit.

Colocaſsiorum fabas decorticauit; & incidit: Plinius etiam vt nuper etiam meminimus faſſus eſt colocaſſiam, cyamum, ideſt fabam fuiſſe vocatam, quare nobis quidem viſum eſt colocaſſiam macrorizam, eſſe fabam Aegyptiam antiquorum, cuius opinionis fuerunt viri doctiſſimi. Hermolaus Barbarus in ſuis corollariis ad Dioſcoridis libros, M. Virgilius, & Aloyſius Anguillara, & alii viri vndequaque celeberrimi, quorum opinioni libenter nos ſubſcripſimus. Sed quid ad Nicandrum qui expreſſit fabam Aegyptiam ferre caulem maximum, ſcapum magnum, floremque roſeum, magnum, & fabas eſculentas? Suſpicatur antiquos falſa relatione deceptos hæc poſteritati tradidiſſe; fortaſſeque caulem, ſcapum, florem, atque fructum Aegyptiæ fabæ, qui fuerat loti Nilotici attribuiſſe, cuius radix eſculenta in cibis apud eas Aegypti gentes in delitijs, eſt habita, Quare colligimus colocaſſiam macrorizam maiorem ex iis, haud indigne viris maximè eruditis viſam, & creditam fuiſſe eſſe fabam Aegyptiam antiquorum

rum

rum, eoque vel maxime illo argumento, quod illa fabæ Aegyptiæ planta olim tam abundantius proueniens in aquis paluſtribus, & lacubus Aegypti foliorum, caulium, florum magnitudine, fabis eſculentis radiceque itidem olim apud omnes incolas, eſſe in delitiis habita, nullo Aegyptio non cognita, nuſquam hac noſtra ætate in tota Aegypti prouincia naſcatur, atque à nullis cognoſcatur. In Hiſtoria Aegypti dedimus iconem colocaſsiæ macrorizæ maioris per terram harundinis radicis modo ſerpentis. Nunc alterius non ſerpentis, ſed rectè in terra actæ imaginem itidem damus.

Digitized by Google

Colocaſſia Strogyloriza, ideſt rotundæ radicis.



Præſenti

Digitized by Google

De Colocaſſia Strogyloriza, ideſt rotundæ radicis. *Cap. XVIII.*

PRęſenti hoc anno M D C X I I. ex Aegypto varias radices colocaſſiarum accepimus viuentes quaſdam longas, de quibus proxime nunc egimus: quaſdam rotundas, in quibus duas differentias obſeruauimus, ſ. quaſdã illarum magnũ malum cotoneum rotundum æmulantes, quales accepi ex Antonio Antonini, qui multos annos, & Chirurgiam, & pharmacopoliã in Aegypto fecerat, quiq. proximè Venetias, ex Alexandria Aegypti venerat, hæ radices germinant vt omnes aliȩ bulboſæ faciunt in apicis radicis medio: exterius rubeſcũt, intus candicant, guſtũ acres cũ adſtrictione obſeruãtur. Poſt aliquot menſes alias, & longas, & rotundas, accepimus ex Cairo Aepypti à Mattheo Carbono philoſopho, & medico illuſtri abhinc multos annos, vt ſuperius quoq. dictũ eſt, in Aegypto medicinæ faciẽdæ cauſa, morato, amico plurimi obſeruando. De lõgis ſatis ſuperq. diximus, rotũdæ in hoc à prioribus differre viſæ ſunt quod prioribus lõgȩ maiores in latitudine quadãtenus fuerũt, & veluti cõpreſſȩ, & latȩ, quȩ id proprii habẽt, vt nõ omnes in apicis radicis medio germinent at circũ circa in apice, nihil germinis in apicis medio producẽtes, In colore, guſtuq. aliis ſimiles viſæ ſunt, ſed agè dicamus, quæ de his ſitũ digna exiſtimauimus, & primo quod quȩdã illarũ in hortulo noſtro floruerit, atq. poſtea an hȩc colocaſſia Aron Aegyptiũ ſit æſtimãda: de qua re tametſi ſciã me abũdè ſatis diſputaſſe in noſtra hiſtoria Aegyptiaca, in preſentia maiori veritatis argumẽto (quod hãc plãtã floruiſſe viderimus) rurſus accuratiorẽ ſermonẽ habere inſtituimus, & in hoc ſenſu nõ dubitabimus ſepties vel etiã repetita faſtidiũ ſtudioſis nullũ allatura, quod id à nobis fiat veritatis dũtaxat indagandæ ſtudio, neq. immerito ſanè, cũ haud nondum earũ ſtirpium Aegyptiarũ cognitio planè nobis innotuerit, ſed ad rẽ venio. Hoc anno inquam M D C X I I. circa mediũ Iulii menſis radix colocaſſiæ rotũda, ex iis, quæ germinãt in apicis medio, quã præterito anno acceperã ex Alexãdria Aegypti ab Antonio Antonino, quæ erat ampli-

amplitudine mali cotonei, in ſecretiori meo hortulo terræ, menſe Apr. cōſita, nō ſine maxima, & mei, & aliorū multorū admiratione vnicū florē produxit ex cauliculo rotūdo per pediculi vnius folij maioris fiſſuram exeunte, figura, & magnitudine Ari flori, quam ſimilimum, palmarem lōgitudinem cauliculo cum flore non excedente. Primum cauliculus exijt rectus, rotundus, aſparagi craſſitie, cum folijs iſtiuſce plantæ concolor, in cuius apice vagina ſeu inuolucrum longum, ari inuolucris ſimilimum cernebatur minus quam in Aro admodum in ſubtile deſinens vndiq. clauſum coloris aurei, cui viride ſit permixtum. Quod biduo ſeſe per longum explicuit, floremque Ari modo excluſit digiti minoris longitudine, macropiperis craſſitie, colore candido, ac veluti ſerpentis caudam quaſi ſerpentis linguam foris ex ore exertam, ſimulantem, & poſt triduum inuolucrum cum flore ferè totum emarcuit, (quod non ſine, multa moleſtia tuli) forſitan ab immodica irrigatione. Hoc igitur inquam anno in noſtro hortulo colocaſſia rotunda floruit, & non ſine multa ſtudioſorum, & ad miratione, ac ferè non paruo ſtupore, quos prius nō latuerat, vllam colocaſſiarum, vel in Aegypto, vel in Creta, vel in Cypro, cum flore viſam vmquam fuiſſe. In Aegypto, (vt alias quoq. dixi) mihi conſcius ſum, numquam colocaſſiarum aliquam, caulem, vel florem prōpſiſſe Aegyptiorum vniformi teſtimonio longa experientia deprehenſum eſſe conſtare; Iacobus Mannus medicus Salodienſis qui ante me multos annos in ea prouincia magna cum laude ad Venetam nationem Illuſtriſſimam ſanandam, medicinam fecit, amicus mihi familiaris, ſæpius quam ſanctè iurauit ſe numquam, etſi magno ſtudio perquiſierit, potuiſſe aliquem florē in colocaſſijs videre, & multò minus aliquem Aegyptium audire, qui fortè florentem quampiam ex colocaſſijs viderit. Petrus Bellonius Cenomanus olim ſimplicium medicamentorum indagator ſolertiſſimus expreſſit, in ſuis itinerarijs obſeruationibus pluries ex Aegyptiis cum rogaſſet, vt ipſi oſtenderent, colocaſſiarum flores, & fructus, fuiſſe maxime deriſum, quaſi rem ridiculam petijſſet. qui ingenuè faterentur in eo ſolo numquam vidiſſe flores in illis plantis, neq. ab aliquo intellexiſſe

lexiſſe

Digitized by Google

lexiſſe eas plantas flores prompſiſſe, neq. vllos fructus: His vero teſtimonijs perſuaſus, numquam ante hanc diem mihi potui perſuadere, multo minus in alijs locis colocaſſijs alienigenus, vmquam in ipſis plantis flores conſpectos fuiſſe, neq. in alieno ſolo floruiſſe. Quis quæſò me de hac re fortiter deprehēdet? quippè quod mordicus negauerim in Italia colocaſſias quaſdam flores aliquando promere potuiſſe, ſi verum ſit in Aegyptio ſolo illis patrio numquam floruiſſe? Nunc verò ingenuè fateor me falsò id credidiſſe, cum in meo horto vna vt dixi, ex colocaſſijs macrorizis hoc anno viuēs vnicum florem protulerit, Quem florem viderunt plures rei Botanicæ ſtudioſi, cum Patauini, tum aliarum nationum, primi fuerunt Germani tres, ſcilicet Henricus de Plettemberg liuonus, Iacobus Vvolfangus, Pomerus Norimbergenſis, & Ioannes Henricus Kirchbergerus Norimbergenſis vnus ex doctiſſimis meis auditoribus, ex Patauinis vero qui multa cum voluptate hunc florem diligenter conſpexerunt, fuit Paulus Gualdus Vicentinus Patauinæ Diœceſis Epiſcopi Vicarius admodum illuſtris, generiſq. nobilitate, & proprijs virtutibus inter nobiliſſimos præſides plurimi æſtimatus, ſimul cum admodum Reuerendo Presbitero Laurentio Pignoria, morū ſuauitate, & reconditarum litterarum ſtudiis, editiſq. doctiſſimis ſcriptis apud Gymnaſii Patauini, & profeſſores, & ſtudioſos maxime celebris, cum multum itidem Reuerendo presbitero Martino Sandelli D. Martini Patauii præſide viro in bonarum litterarum ſtudiis exercitatiſſimo, Quid amplius dicam? nōnè ferè innumeri medicinæ ſtudioſi ipſum ſæpius, & videre & reuidere, voluerūt? Suppoſita verò hac veritate, ſ. quod aliquando viſum ſit, colocaſſiarum quaſdam floruiſſe (quod & Ferrandus Imperatus, & Fabius columna viri in naturæ cognitione eminētiſſimi annis proximis me per litteras certum fecerūt, quippè non ſemel Neapoli aliquas ex colocaſſijs flores promipſiſſe) duo nunc cognoſcenda proponimus: Vnum quamobrem, quædam colocaſſiarum in Italia aliquādo floruerint, & in Aegypto, Creta Inſula, & Cypro locis ijs plantis patriis, numquam: Alterum an colocaſsia rotunda quæ florē fert, quod multis viris de plantarum ſtudio bene meritis viſum

ſum eſt, Aron dici debeat, aut poſſit. Quod ad primum pertinet, ſcilicet cur ſit, quod ſtirpes in Italia ipſis peregrina aliquãdo floruerint, numquam vero in Aegypti ſolo natiuo ac proprio. Hoc aliquibus referendum placuit, in earum radicum ſtirpium pro fertili ſatu deſſectionem: Aegyptii enim quotãnis vt eas multiplicent in parua fruſtula radices antiquas ſecant, & iis radicum fruſtulis veluti paruis terra conſitis bulbis, eas ſtirpes conſerunt, & hoc ſatù colocaſſiarum abundantiam, ſibi Incolæ, quotannis comparant. Quò fit vt radices colocaſſiarum quotannis culturæ cauſa in partes recidantur, atque ex iis nulla perenniter viuat, atq. idcirco ab ipſis florum, & fructuum omnem fæcunditatem tolli. Quod tamẽ ob eam cauſam fieri multi haud iniuria negant, cum multæ ex iis ſtirpibus ſint, quarum radices ſatus cauſa non ſecantur, quippè ſylueſtres perenniter viuentes, quas tamẽ omnes ſteriles fuiſſe in eo ſolo conſtat. Nos vèro iſtiuſce varii euentus cauſam referendam putamus, in Aegyptium ſolum in quo eæ ſtirpes viuunt pinguiſſimum, aqua Nili fluminis, omnium aquarum optima abunde irriguum, atq. humens. In quo ſolo maxime hæ ſtirpes luxuriant, plurimumq. & in foliis, & in radicibus augentur, indèq. radices maximè multiplicant, vt ob hanc cauſam, & floribus, & fructibus ſteriles reddantur; Non ſecus quam fiat in omnibus plantis bulboſis maximeq. in narcyſis, hyacinthis, bulbis eryophoris, bulboſiſq. iridibus, & aliis ſimilibus. De quibus è topiariis quotannis obſeruatur, quæ ex iis plurimum in radicibus augentur, atq. eas multiplicant in terra, minus florum, vel nullos ferre: Vnde fit, quod qui ex bulboſis plantis plures flores videre cupiunt, bulbos ſingulo triẽnio (quo tempore plurimum in radicibus multiplicant) à terra eruunt, quos denuò in terra macra, cretoſa, & mala conſerentes florum abundantiam ſibi comparant, quoniam in macro, & ſicco ſolo neq. in radicibus multum augentur, neq. eas multum multiplicant, vnde ſtirpium humor prolificus ſurſum in caules abundantius ex radicibus fertur, ad flores producendos. Idem etiam euenire colocaſſiarum bulboſis radicibus credendum videtur, quia in Aegyptio ſolo natiuo pinguiſſimo, optimo, maxime Nili aqua irrigato (quod Aegyptij

ita

ita procurant ad augendas colocaſſiarum radices, & ad eaſdem, quæſtus cauſa, multiplicandas) conſiti ipſarum bulbi, plurimum aucti, plura eademq. ampliſſima folia cum maximis ſuis pediculis ſuppetunt, atq. ab ipſis radices fiunt maximæ, craſsiſsimæq. & in numero plurimum multiplicantes, In quibus, (quod in ipſis nutriendis, augendis, & multiplicandis ferè ex toto humor alimentalis abſumatur) mirum non eſt, ſi floribus fructibuſq. ſterileſcant In ſolo verò Italiæ illis peregrino, minuſq. congruo, & pingui, cum eæ ſtirpes nedum in folijs, & radicibus multum non augeantur, at quinimmo plurimum decreſcant, minoreſq. radices, numeroq. pauciores ex ea incongrua terra reddantur, mirum non eſt, ſi (humido alimentali partes ſuperiores petente aliquando flores progignerint. Itaq. in radicibus colocaſsiarum amplis, craſsis, & multum ab eo fęcundiſsimo ſolo enutritis, quæ ad nos ex Aegypti, aut ex Cretæ, aut Cypri aquis ſtagnantibus erutæ, deferuntur, oppoſitum fieri obſeruamus ſcilicet, vt dictum etiam eſt, eaſdem radices magnas, craſsiſsimaſq. in Italico ſolo conſitas, viuenteſq. multum decreſcere, parumq. vel nihil haſce radices multiplicari. Quò mirari meritò non oporteat ſi aliqua ipſarum fœcundior in partibus ſupra radices poſitis effecta, viſa ſit aliquando florem atque fructum protuliſſe. Radix autem quæ in meo horto hoc anno vnicumflorem tulit, proximo anno ad me delata, erat magna, rotunda, vt maximum malum cotoneum cernebatur. Hęc cum multis alijs radicibus in horto poſita citò germinauit, multaque folia & amplaproduxit, Hyeme verò ineunte, ex terra eruta, perlota, à terraque deterſa, & ſole per aliquot dies probè ſiccata, per totam hyemem in meo cubiculo lignea pyxide clauſo, conſeruata eſt, quæ è terrra eruta longè minor quam fuerat poſita euaſerat, nihilun que multiplicauerat. Hanc verè incipiente ſcilicet menſe Aprili anni preſentis in eadem terra poſita, tardius, quam fecerit anno præterito, germinauit, vixque folia tria neque ampla prompſit, tardiuſque etiam aucta. Ex fiſſura verò vnius pediculi foliorum inferius, cauliculum excluſit ſemipalmo altum, rotundum, craſsitie calami gallinacei

atque cum foliis concolorem, cumq. cæteris notis nuper expreſſis. Aliæ colocaſſiarum radices eodem tempore, quo ea, terræ conſitæ, folia longè plura, atq. ampliora produxerunt vnde nullum forſitan ob id florem itidem protulerunt. Nos digna relatione certi facti ſumus. Ex colocaſſiis tantummodo ſtrogylorizis quaſdam in Italia flores edidiſſe, aliquando vnū, interdum duos, & nonnumquam etiam tres, ex ipſis verò fructus vt fit in Aro in piſtillo rotundo productos numquā perfectam maturitatem accepiſſe. His præmiſſis vnum ſupereſt cognoſcendum (de qua re alias ob ter accuratius plura animaduertimus), ſcilicet an colocaſſia ſit Arum Aegyptium. Quod verò ex antiquorum lectione poſſit cognoſci puto eſſe difficillimum. Si quidem nulli ex veteribus Arum Aegyptiorum meminerint, vno Plinio excepto qui de ipſo ita ſcripſit:

Li. lib. 24. cap. 16. Eſt inter genera bulborum, & quod in Aegypto Aron vocāt, ſcillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duū cubitorum, baculi craſſitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur, & cruda. Mirum eſt, ex quo veterum ſcriptorum, hāc Ari deſcriptionem, Plinius fuerit mutuatus, Non ex aliquo Græcorum cum nemo illorum Aron Aegyptium meminerit, non inquam Theophraſtus non Herodotus, non Dioſcorides, non alius ex Græcorum ſchola. Niſi quis putet Galenū

In c. 63. iſtanc plantam forte nobis indicaſſe, cum de Aro in libro ſecundo de alimentorum facultatibus hæc ſcripſerit: Ad Cyrenem autem planta hęc à noſtrate eſt diuerſa, nam in illis locis Arum minimè eſt medicamentoſum, & acre, vt rapis etiam ſit vtilius. Idcirco hanc quoq. radicem in Italiam aduehunt, vt quæ longiori tempore imputris, & ſine germine poſſit per durare, Hæc Galenus: ex quibus liquido conſtare viſum eſt Arum non Aegyptium, ſed Cyrenaicum nobis Galenum expreſſiſſe. Non tamen negandum duxerim nos poſſe exinde ſuſpicari huiuſmodi Arum, quod ſit vulgaris Colocaſsia, quā fabam Aegyptiam eſſe haud iniuria multis creditum eſt, eaque præſertim coniectura, quoniam fateatur, hanc radicem nihil medicamentoſi habere, & in cibo eſſe rapis vtiliorem; atq. etiam quia de ea dixerit: idcirco hanc quoq. radicem in Italiam aduehunt, vt quæ longiori tempore imputris, & ſine

germine

Digitized by Google

germine poſſit perdurare, Notæ profectò illius Cyrenenſis Ari eædem videntur cum notis colocaſsiæ. Etenim ne vel colocaſsiæ radix rapis guſtus ſuauitate in victù cedit, rapis enim longe acrior eſt, parum acrimonia à vulgari Aro differens, ſed elixata, vt rapa dulceſcit, acrimoniaq. exuitur, quæ etiam id habet amplius, quod imputris, & ſine germine poſsit longiori tempore perdurare, Indeq. fit vt ex Aegypto, & Creta Inſula & Cypro ſuis natalibus, & in Italiam, & in alias longinquas, exteraſq. nationes incorrupta, & ſine germine conuehatur. Cuiuſmodi radices fuerunt, quas anno proximo accepimus ex Aegypto, quæ integræ, imputres, ſine vllo germine ad nos peruenerunt. Verum enim vero, licet Galenus eò modo ſuũ Cyrenaicum Arum ita expreſſerit, tamen non neceſſariò indè colligi poteſt, arum illud colocaſſiam ſtrogylorizam eſſe: at potius credendum videtur illum deſcripſiſſe Arum ſpetie diſtinctum à Colocaſia, vnum idem ſpecie, cum eo, quod Dioſcorides, & Theophraſtus nobis deſcripſiſſe viſi ſunt, quodq. in Græcia, Aſia, & in Italia ſpontè naſcitur, à Cyrenaico ſolũmodo differens quia eſt admodum acre, & medicamentoſũ, idcirco minimè eſſe eſculentum, & in cibo vtile, vt Cyrenaicum, ex illius ſoli proprietate dulce, exculentumq. redditum cuius vis acrimoniæ expertem ſubſtantiam nactum, vt esù ipſis rapis, (decoctum tamen, non crudum cum multum habeat acrimoniæ) ſit vtilius. Non enim ibi Galenus totam Ari illius Cyrenenſis plantam cum ſingulis ſuis partibus, delineauit. Quare Plinius eam ari Aegyptii deſcriptionem ex Galeno mutuari non potuit. Multò verò minus ex Theopraſto, & Dioſcoride, qui Arum meminerunt medicamentoſum, in Græcia, in Aſia, & in Italia ſpontè naſcens. Ex antiquorũ itaq. lectione, non video, quomodo poſſimus, quid ſit Arum Aegyptium cognoſcere, quinimo antiqui ſcriptores de omnibus radicibus eſculentis, quæ fuere Aegyptijs ad cibum familiares, adeo confuſi, & diſcordes fuerunt, vt vix quicquam certi à nobis ſciri queat: Etenim quidam illorum duo ſolummodo radicum bulboſarum eſculentarum genera illis gentibus olim familiaria fuiſſe, poſteritati tradiderunt, vt pote Lotum Niloticam Aegyptiamuè vocatum, atq. fabam Aegyptiam.

Haice duas ſtirpium radices ſolummodo Aegyptijs notas fuiſſe, ſcripſerunt, Herodotus, Diodorus Siculus, Theophraſtus, atq. Dioſcorides, Plinius, Arum Aegyptium addidit, ex latinis etiam Columella, & Paladius colocaſſiam tamquam ſtirpem Aegyptiam adiunxerunt. Neq. concordes etiam fuerunt in harum ſtirpium partium deſcriptione: De loto Theophraſtus eius radicem, & rotundam eſſe ſtatuit, & mali cotonei amplitudine eam cõſpici. Quod falſum eſſe, olim in Aegypto animaduertimus, quando, (vt alias quoq. de loto Aegyptio ſcribentes, notauimus) Planta Arais el Nil ab Aegyptijs vocata, ſit legitima nullo Aegyptio reclamante lotus Nilotica antiquorum, quæ tamen fert radicem, & magnitudine, & figura, nuci Iuglandi omnino ſimilem, aut pruno oblongo, Quid amplius? non nè vniformiter Theophraſtus, Dioſcorides, Nicander, & Plinius caulem fabæ Aegyptiæ, dupla papaueris amplitudine, florem papaueris itidem ampliorem roſeum, atque fabas eſculentas vt etiam dictum à nobis eſt, tribuerunt? de quibus ſuperius ſatis dubitauimus, cum nuſquam in ea prouincia in aliquibus plantis maximi ij caules, flores, atque fabæ illæ exculentæ reperiantur, neque ab aliquo Aegyptio cognoſcantur. Neque aliquis nobis obijciat, dicens: Andreæ Matthiolo eam plantam non fuiſſe ignotam, cuius delineatam imaginem nobis in ſuis ad Dioſcoridem commentarijs doctiſſimus dedit, ego etſi numquam de Mattheoli ingenuitate dubitauerim, tamen dubius ſum, quod & in Hiſtoria Aegyptiaca dixi, ne fuerit à ſuo BuſbeKe deceptus, qui fictę ſtirpis imaginem (det ueniam mihi) ab eo receperit; ego ſpero breui tempore de iſtac planta adhuc firmiorem notitiam me aſſecuturum iri: Atq. etiam ex eo fabæ Aegyptiæ icone magis dubitaui, quod eam viderim ſpinis carentem: de quibus Theophraſtus inquit: Radix enim valida eſt, nec procul harundinum ſtirpibus, verum ſpinis ſubhorrens, quamobrem Crocodilus eam refugit, ne occurens oculo offendatur, quoniam acutè non videt. Sed quid de Plinio dicemus? qui ſingula ſed cum errore ex Theophraſto mutuatus eſt? Cum errore (inquam) dico, quod ſcripſerit: fabam Aegyptiam naſci in Aegypto ſpinoſo caule, qua de

In lib. 4. hiſt. plãt. cap. 10.

In li. 18. cap. 12.

de cauſa Crocodili oculis timentes refugiunt,ſed quid de colocaſsia? cum ipſam cyamũ ideſt fabam appellari tradiderit? fateaturq. habere thyrſum,caulemq. coctum eſſe araneoſum in mandendo. Quibus ſanè ita cognitis auderem affirmare veteres hos ſcriptores numquam prædictas plantas viuentes cõſpexiſſe. Reſtat vt præſentem diſputationem abſoluamus,quędã de colocaſsiis rotundis conſiderare,quippè quid ſint, quotuplicis differentiæ,atque an rotunda Arum dici queat. Colocaſsias vero dictum eſt eſſe ſtirpes in aquis paluſtribus, & lacunoſis ſponte naſcentes folijs amplitudine,& figura, ad perſonatiæ maioris,vt etiam Plinius expreſſit, radicibuſq. craſſis, carnoſis, bulbòſiſq. quæ decoctæ apud Aegyptios ad cibum in delitijs ſunt. Hæ verò figura differunt, quoniam quædam macrorizæ ideſt longæ radicis, ſunt de quibus proximo capite diximus; quædam ſtrogylorizæ, quarum aliquæ, in apicis radicis medio,germinant,atq. hæ profectò ſunt,quæ aliquando florent. Altera eſt ex ſtrogylorixis quæ longè maior eſt, quam maximum cotoneum ſit, ſed breuior magis in ſeipſam compreſſa, quæ non in medio apicis extremi, ſed circum apicem germina producit, vnde pars in apice media germinibus vacua eſt. An colocaſsia rotunda ſpecie differens ſit, à macroriza, quam credidimus eſſe fabam Aegyptiam antiquorum. Paladius fortaſsè viſus eſt pro colocaſsia radicem ſtrogylorizam eſſe intelligendam, cum in eius ſatù dixerit bulbos, eſſe conſerendos, quo nomine rotunda radix exprimi videtur, cũ bulbi omnes ſtrogylorizi ſint, De hac colocaſsia ipſa ità ſcripſit: Hoc menſe colocaſsiæ bulbos ponemus, Amant humidum locum, pinguem maximè irriguum, circa fontes lætantur, & riuos, nec de ſoli qualitate curant, ſi perpetuò foueantur humore, Frondere propè ſemper poſſunt ſi tamquam citreta tegumentis defendantur à frigore. Dubitandum videtur, an ſtrogyloriza colocaſsia ſpecie differat à macroriza; ego quidem puto eo modo ſolum, quo rapum ſtrogylorizum differens videtur à macrorizo, quippè ambas eſſe colocaſsiam,conuenireq. ſimul in foliorum,& amplitudine,& figura, non minuſq. etiam in radicum ſapore, & guſtù, & qualitate ipſa medicamentoſa, ſed tamen nondum eſt depre-

In li. 20. cap. 15.

De præcep. rei ruſticæ ſit. 24.

deprehenſum, macrorizam colocaſsiam alicubi florem protuliſſe, Quibus colligo colocaſſiam ſtrogylorizam, ideſt rotundæ radicis, ſpecie non differat, à macroriza, ideſt longè radicis: Vtramqueq. eoſdem, & ad medicinam, & ad cibum vſus habere, coctaſq. in cibo rapis meritò eſſe vtiliores: Demũ colocaſsiam rotundam quadantenus cum Aro conuenire, nõ negamus, cum habeat folia ſimilia, radices, & flores eodem modo, atq. in piſtillo fructus producat quam ſimiles, nihilominus non concedam, ex hac ſimilitudine Colocaſſiam Arũ eſſe, quinimo ſpecie ab ipſo differre, longè plures ſunt differẽtiæ, quibus ab Aro interſtinguitur colocaſſia quam ſit cum ipſo ſimilitudo, ſi de folijs loquamur, Ari folia, alia magnitudine, & alia figura cernuntur macnloſaq. omnia ſunt, colocaſſiæ verò longè maiora latiora, & longiora abſq. vllis maculis infecta apparent. Ari quoq. flos ſimilis colocaſſiæ flori, ſed differt, quod colocaſſius flos tenuitate plus ad ariſari florem conuenit, atq. in figura. Ab Ari vero, & ariſari flore colore candido differt, fructuſq. etiam non illius colore facit. Ari vulgaris radices quod ſint paruiſſimæ nullam cum colocaſsiæ radicibus habeant conuenientiam. Eſt vero Ari mõtani, de quo poſtea ſcribemus, radix ad modum ſimilis, ſed id proprij habet in quo à radicibus colocaſſiæ differens eſt, quod diù eruta è terra, non ſeruatur viuens, neq. germinet, vt radix colocaſſiæ extra terram eruta, ſed tempore ſiccatur, exareſcit, nullis prius germinibus productis. Sed quid de Aro magno Andreæ Ceſalpini ſponte in Siciliæ aquis proueniente, quã plantam ait vulgo colocaſſiam vocari, dicemus? An erit colocaſſia Aegyptia? nequaquam; cum habeat folia maculata, erit vero Arum eſculentum cum ſit innocentis guſtus, & fortaſſe
Cap. 13. erit Arum Theophraſti de quo in libro ſeptimo de hiſtoria plantarum, dixit: Habere folium cum latitudine cauum, &
Cap. 11. cucumeraceum, & in libro ſeptimo de hiſtoria plantarum itidem ſcripſit: Ari quoq. radix cibo idonea eſt, & folia eiuſmodi decocta in aceto mandi nimirum poſſunt, ſuauis profectò, & ad fracta vtilis eſt. Hæc vt incrementum capiant, cum folijs luxuriatur, quemadmodum ampla ſparguntur folia deflectentes ipſas circum obruere ſolent, quo planta non in ger-
mina

mina excreſcat, ſed totum alimentum in ſuum attrahat caput, quod vel in bulbis nonnulli incomponendo facere aſſolent: ſed quid tandem de differentia colocaſſiæ ab Aro ex ipſius viribus, & eſculenta facultate dicemus. Radix colocaſsiæ dulcis eſt cum acrimonia, qua decocta ex toto exuitur, atque non leui adſtrictione: de qua idcirco Abimbetar medicus Aegyptius dixit Radicem colocaſsiæ decoctam omnem acrimoniam dimittere, reddique cum adſtrictione viſcidam, indeque eſſe quod ea ſit craſſi nutrimenti, & tardè concoquatur, ſtomachoque grauem moleſtiam inducere, neque eſt quod aliquis dicat Dioſcoridem, vel etiam de Aro dixiſſe Radicem eius decoctam cum minus acris ſit edi, quod, & nos fatemur, ſed ea tota acrimonia, vt colocaſsiæ radix non exuitur, ſed acris remanet poſt cocturam etiam, proinde comeditur ſane acris, & medicamentoſa, vt rectè Galenus de hoc eodem Aro ſenſit, vnde meritò dixit habere facultatem incidentem, extenuantem, atque detergentem, quod prorſus, opponitur facultati colocaſſiæ, quæ eſt dulcis adſtringens infarciens, & obſtruens, Galenus de Aro in libro ſexto ſimplicium ſcribens dixit: illius radices habere facultatem detergentem mediocriterque incidentem craſsitiem humorum, Quod verò etiam ex Dioſcoride cognoſcatur, radicem Ari decoctam eſſe calidam, incidentem, & detergentem, neque pro alimento edi, ſed pro medicamento. ex eo liquidò apparet quod Dioſcorides ſubiunxerit, Ari radicem, ſemen, & folia dracunculi vires habere, cuius quidem nemo inficias ibit, eſſe multum acres, & calidas. Quare ex facultate etiam colligimus colocaſsiæ radicem eſſe diuerſam ab ari radice. Hanc eſſe detergentem, & illam infarcientem. Quomodo itaque eæ ſtirpes, quarum vires diuerſæ contrariæque exiſtunt, non differunt ſpecie? Neque eſt inferendum, colocaſſia Aro eſt ſimilis ergo ſpecie Ari comprehenditur, Rheum eſt ſimile rhabarbaro, non tamen vt nos in tractatu de Rhapontico oſtendimus vtriuſque radicis planta vna eademque eſt. Florem fert ariſaro longè quam Aro ſimiliorem folia magis

ad.

ad perſonatiam, vel ad petaſitem; radicem vero vulgari Aro prorſus diſſimilem habet, ſimilem vero Aro noſtro Montano. Sed facultate omnibus Aris diſſimilem, vel melius dicam contrariam, cum eæ omnes admodum acres ſint, ita vt ne vel etiam coctura acrimonia exuantur, vnde medicamentoſæ detergentes, omnes comprehendantur, collocaſſiæ vero, quod coctura omnem acrimoniam dimittant, redduntur omnino alimentales craſſæque ſubſtantiæ atque viſcidæ, facultatisque ad id infarcientis, & obſtruentis, quod itaque collocaſſia ab Aro ſpecie diſtincta ſit, mirum haud eſt ſi nulli veterum ſcriptorum colocaſſiam arum vocarint, excepto Plinio qui de colocaſsia, & faba Aegyptia omnia ex antiquis, magna tamen confuſione accepit, vt ei nulla fides ſit adhibenda, idem & nos ſuſpicamur ipſum in Ari Aegyptij deſcriptione itidem fuiſſe: Viſum enim nobis eſt, quod & M. Virgilius antea nimaduerterat, Plinium illis verbis dracunculum, & non Arum Aegyptium ex Dioſcorido, qui ſcripſit maiorem dracunculum habere folia rumicis, ideſt lapati, radicem grandem, rotundam, habereque caulem rectum bicubitalem baculi craſſitudine. Quis non ſuſpicabitur Plinium ſua illa deſcriptione Ari Aegyptii ex Dioſcoride non colocaſsiam Aegypti, ſed maiorem dracunculum delineaſſe? præſertimque cum dicat habere caulem bicubitalem, rectum baculi craſſitudine, qui eſt dracunculi maioris, non colocaſſiæ caulis, cum illa caulem dodrantalem ferat minimèque bicubitalem Colligamus itaque colocaſsiam non eſſe Arum, ſed cum ea planta quandam habere ſimilitudinem, qua tamen non impediente, colocaſſia erit planta ab aro ſpecie diſtincta, ſi enim arum fuiſſet ex veteribus, plures ipſam aron vocaſſent, neque ſpurijs Dioſcoridis nominibus prorſus fidendum etſi apud ipſum legatur, Arum Cyprijs dictum fuiſſe colocaſsiam, cum nuſquam alibi, vel apud ipſum vel apud alios id habeatur. Quod ad colocaſſiæ facultates attinet ex ijs quæ nuper dicta a nobis ſunt conſtabit ipſam calidam primo exceſſu leuiterque ſiccam eſſe, adſtringere, infarcire meatus, eoſdemque obuſtrere, Serapio ex Aben Meſuai

hanc

hanc radicem humiditatis pinguis non eſſe expertem ſtatuit, qua augeat ſemen atque Aegyptij ob id affirmant decoctam mouere libidinem, & hæc de colocaſſijs.

Digitized by Google

Sinapi Marinum Ægyptium.



Plantam

Digitized by Google

De Sinapi marino Aegyptio. Cap. XIX.

PLantam nobis ex ſeminibus ex Aegypto delatis natam in horto habuimus,quæ ex vna radice longa,gracili,lignoſa,alba,caule vnico,vel duplici,aſſurgit,rotundo,rubeſcente, pingui macropiperis craſſitie obliquè ſurſũ,& non rectè in aere acto,qui hinc inde inæqualibus interuallis fert alios cauliculos in apice habẽtes flores cæruleos, vt in Leucoijs paruos à quibus deflore ſcẽtibus ſuccedunt ſiliquæ paruæ,tenues,oblongæ,in acutum deſinentes quæ habent minuta ſemina rotunda, guſtui accerrima ad rutæ odorem inclinantia, folia hæc planta habet pauca longa & lata vtrinque foliolis oblongis ordinatis quinis,ſenetionis, aut cinerariæ modo crenatis craſſis, pinguibus, & ſuccoſis erucæ colore & quandoque rubeſcentibus,tota hæc planta valde acris eſt,& ad erucæ odorem aliquatenus inclinare videtur. Similis nobis viſa eſt erucæ marinæ Myconi,ſed tamen ea non eſt,quoniam habet folia maiora, & nihil in guſtu amaritudinis præbeant,ſed ſolum acrimoniam, quæ non rutę eſſe videtur ſed ſinapi,& cum cæteræ notæ à ſinapi ſilueſtri non abhorreant ſinapi marinum eſſe idcircò credidimus. Neque chaKile etiam Serapionis eſſe poterit, cum nõ habeat ſaporem ſalſum ſimilem nitro,qualem ſaporem chaKilẽ habere,ex Abice Serapio expreſſit. Calida hæc planta & ſicca tertij ordinis ex valida acrimonia meritò eſſe videtur,omniũque maxime ſemina,quo ob id erunt efficaciſſima trita, & ex vino epota ad mouendam vrinam,quod nimirum craſſos humores incidant,extenuant. Audio etiam dari aquam ſtillatitiam ex tota planta prolecta ad mouendam vrinam,darique etiam ad flatulentos dolores quamcumque partem corporis diù vexantes,nonnulli folia,& germina,in acetarijs edunt,atque etiam decocta ad frigidum ſtomachum roborandum.

Digitized by Google

Marum Ægyptiorum.



Naſcitur

Digitized by Google

De Marù Aegyptiorum. *Cap. XX.*

NAſcitur in Aegypti locis ſiccis, & ſqualidis iuxta ædificiorum rudera planta quædam odorata, quę caulem vnum ab radice promit cubitalem, & ampliorem etiam geniculatum colore albicantem, ex geniculis vtrimque folio, longo, craſſo, hormino ſylueſtri, & magnitudine, & figura proximo, inodoro, ac ferè inſipidi ſaporis ſiccantis cum quadam leui adſtrictione, & lanugine alba adeo vt ex ſingulis geniculis duo folia cernantur æquè ex oppoſito poſita, & hoc obſeruatur in parte inferiori ipſius caulis, in parte verò ſuperiori ſcilicet, à medio caulis ſupra vtrimque ex geniculis exeunt vna cum folijs ramuli graciles, breues, quadrati, qui vtrimque in geniculis ferunt flores albi, ſclareæ ſeù herbæ Sancti Ioannis floribus quam ſimilimi, qui vnà cum ſuis foliolis grauem odorem prævalidum, reſpirant, non tamen ingratum, quibus ſuccedũt in ſuis paruis techis oblongis ſemina parua, rotunda, braſicæ ſeminibus ſimilia, acutum odorem reſpirantia. Cauliculorum omnium cymæ cum folijs, floribus, & cauliculis ſunt admodum odoratæ. In vmbra ſiccatæ ſeruãtur ad vſum veſtium, illis enim inſertæ ipſas tuentur à teredinibus atque odorem gratum inducunt. Siccati verò ij cauliculi validum odorem in ſuauiorem mutant. Vnde flores & ſemina calefacientis ſunt facultatis, digerentis, & reſoluentis, vſumque folia ſed præcipuè cymarum, ad dolores frigidos, & flatulentos ex vino decocta, atque dolenti parti appoſita, mirificum præſtant; Item foliorum ſuccus ex aceto, & melle ad panas ex facie delendas præſtat.

Cardus

Cardus minima.



Ex ſemi-

Digitized by Google

De Carduo minimo. *Cap. XXI.*

EX ſeminibus etiam nobis nata eſt, quã pro Carduo minimo, ex Creta inſula accepimus, & carduo eſculento, namq. calyces echinati, nondum dehiſcentes teneros, & dulces, ea gens cum ſale, & pipere auidiſſimè comedunt, inquiuntq. non ſegniter venerem excitare elegantiſſima quidem planta eſt, quæ ab vna radice lõga, tenui ad palmarem magnitudinem aſſurgit folijs longis, oliuaceis attractilis ſimilibus, ſed minoribus, & mollioribus, ſpinulis tamen armatis, caulibus vero multis obliquè exeuntibus, quorum quilibet vtrinque duos ſurculos, ſed inæquali interuallo ex caule exeuntes habet, in quorum medio calyx, echinuſuè breui pediculo cæteris maior, attractilis echino nõ maior exterius ſpinulis multis numero plerumq. treſdecim tenuiſſimis per longum ipſum calycem veſtientibus, armatus, tantoq. artificio ijs ſpinulis tenuiſſimis reticulæ modo à natura elaboratis, vt vix aurifex peritiſſimus id opus facere potuiſſet. Hic echinatus chalyx ſuo breui pediculo inhærer, cum tribus foliolis oblongis, oliuaceis ſpinulis armatis ferè ſtellæ modo actis, ſinguli vero alij cauliculi in apice ferunt eoſdem calyces ſpinoſos, ſed illo qui in medio ipſorum fit, minores. Qui omnes inhærẽt ſurculis, ceù ſuis pediculis à caulibus exeũtibus, ſed calix in medio illorum qui fit, breuiori longe pediculo inhæret, quam in vtrimque poſitis. Calyces vero dehiſcẽtes florem paruum, qui numquam latè dehiſcit attractilis modo proferunt cæruleum, qui ſemina producit iu pappo parua, alba, ſuis ſtaminibus mollibus inhærentia, vti in attractili, quæ calycibus latè dehiſcentibus in aere euolant. Sunt dulces vti ſunt omnes calyces, qui immaturi eſui ſunt acceptiſſimi. Nulli vſus ad medicinam hactenus nobis innotuerunt.

Hyſſopus.

Hyſopus Græcorum tempore hyemali.



Plantam

Digitized by Google

De Hyſſopo Græcorum. Cap. XXII.

PLantam nobiliſſimam ſæpè habuimus creticam ex ſeminibus in horto nobis natam, cubitalis ferè magnitudinis, origano onitiquam ſimilem, & flo ribus, & folijs, & vmbellis corymborum modo innctis, quę ab origano odore ſuauiori, & validiori diſtinguebatur adeò, vt ſi quis digitos duntaxat olfaciat, qui plantam tetigerint validiorem odorem ſentiat, quam ſi origanum olfecerint. Hæc planta fruticat ab vna radice multis ſurculis, ab vna radice vel ab vnico caule exeuntibus, non ex toto rectis, at obliquè actis, folijs origani heracleotici ſed candidioribus, & odoratioribus, & in caulium cacuminibus vmbellæ corymborum modo in rotæ modum cernuntur floſculis albis quales in origano onite apparent à quibus ſemen minutum nigreſcens fit. Tota planta eſt eximiè odorata, & guſtui cum valida acrimonia acceptiſſima, totaq. albicat cum leui lanugine, atq. hiſce notis hæc planta in æſtate nobis innoteſcit, Ineūte autem hyeme ferè ex toto faciem mutare videtur. Namq. ab vna radice plures cauliculi aſſurgunt ſurſum obliquè luxuriantes folijs pulegij vtrinq. binis ex oppoſito poſitis, denſius ab imo caule ad ſummitatem vſq. caulem veſtientibus: caulibuſq; rotundis leuiter lanuginoſis, albicantibuſq. inualidioris odoris quam in æſtate. Hanc plantam origano oniti adprime ſimilem, eſſe legitimum Hyſſopū viſum eſt. Diſtinguitur ab origanis odore, vt etiam dictum eſt, & ſuauiori, & validiori. Habet folia in magnitudine heracleotici origani folijs reſpondētia, & in figura, & colore albidiore, & vmbellis onitis. Quibus notis Dioſcorides ſuum hyſſopum expreſſiſſe viſus eſt. An verò hæc planta ſit ea quã Lobelius, & Pena viri erudītiſſimi pro genuino Dioſcoridis Hyſſopo propoſuerunt, non parum dubito, quod planta mihi videatur procerior, atq. etiã quod, (vt Lobelius, & Pena dixerunt) floſculos purpureos proferat, & noſtros candidos. Addimus hoc Hyſſopi nomine eam plantam ex Creta Inſula ab amicis accepimus; quod verò ad iſtiuſce ſtirpis, & vires, &

Digitized by Google

Hyſſopus Græcorum, tempore hyemali.



vſus, ijs

Digitized by Google

vſus, ijs quæ de hac planta veteres Græci tradiderunt, nihil addendum crediderimus. Vehementer calſacit, & ſiccat, tenuioris eſt eſſentiæ, incidit, extenuatque humores craſſos, eoſdemq. detergit, vnde eius decoctum pectoris pulmonumq. vitijs maximè auxilio eſt. Ad ſplenis tumores, emplaſtrum ex folijs Hiſſopi, ficubus, & nitro, maximè proficit, atque ad hydropem ventri appoſitum foliorum; decoctum liuorem ſub oculis in mulieribus, ſi eo, pars liuore affecta foueatur, digerit. Ad venena frigida eſt maximi iuuamenti, & foliorum decoctum, & folia etiam per os aſſumpta. Indigenæ eorum locorum, in quibus Hyſſopus abundat, veſcuntur familiariter folijs tenerrimis cum ſale ad excitandam appetentiam.

Nigella alba, flore ſimplici.



Prouenit


Digitized by Google

De Nigella alba ſimplici flore. *Cap. XXIII.*

PRouenit in Creta Inſula nigellæ planta annua quæ ab vnica radicula tenui, longa, in tenuitatem acutam deſinente, lutei coloris vnico aſſurgit caule in alios paruos diuiſo obliquè luxuriante, gracili, tenui, folijs non ad nigellę vulgaris, ſed potius ad ſenectionis modum ſed vtrimque magis inciſis longis, & latis ſingulisq. ad ſinguli ramuli principium, floribus albis, vulgaris nigellæ quam ſimilibus, à quibus ſemina nigra ſuauiter olentia ſuccedunt, folliculis hyoſciami cytinis proximis in quinq. coſtas angulis, longis, tenuibuſq. diuiſis, contenta, ſemina in vſu ſunt ad medicinam, calida, & ſicca ſunt tertij ordinis, amara incidentia craſſos humores, & viſcidos detergentia, vnde illorum ſeminum decoctum efficax eſt ad tollendas viſcerum obſtructiones, præſertimq. ſi ex aceto coquantur, atq. exinde mirum haud eſt, ſi vſum habuerũt ſemper ſingularem ad febres phlegmaticas, & melancolicas, ſcilicet ad quotidianas, & quartanas. Vim quoq. habent ſingularem ad mouendam vrinam impeditam ab humoribus craſſis, & lentis, atque etiam ad menſes ſuppreſſos à craſſitie & lentore ſangninis craſſi, & viſcidi, ex aceto, & melle vſum non ſpernendum habent ſemina trita ad cutis infectiones ad maculas, & ſordities in ea delendas. Venenis aduerſantur, & demorſis à feris venenatis auxilio ſunt, Aſcarides interimunt, & per os aſſumpta, & exterius vmbilico emplaſtri modo appoſita.

Digitized by Google

Ranunculus creticus, echinatus latifolius.



Hanc

Digitized by Google

De Ranunculo cretico echinato latifolio. *Cap. XXIV.*

HAnc plantam ſic delineatam acceptam refero, Nicolai Contareni patritij Veneti Illuſtriſſimi, liberalitati, cuius imaginem hic damus. Plãta eſt, quæ ab vna radice in multas fibroſas diuiſa fruticat multis caulibus rectis rotundis, virentibus, folijs nudis, qui in plures alios ramulos diuiduntur, in quorum ſummitatibus parui floſculi lutei, à quibus ſemina ſuccedunt veluti in echinis paruis aſperiſq. contenta. Tota planta raris folijs conſtat, longis pediculis, & caulibus exeuntibus, inhærentibus ranunculi latifolij ſimilibus, ſed non ita laciniatis, & diſſectis. Radix craſſa eſt in capite, quæ finditur in innumeras radiculas, fibroſas, longas, tenues, primulæ veris radicibus, proximas. Tota planta eſt guſtui accerrima ſed omniũ maximè radix, quæ ſi aliquandiù cuti inhæreat, eam inflammat, & exulcerat, vnde intelligitur hanc plantam, eſſe inurentis facultatis non minus, quam noſtrum batrachium, ideſt ranunculus, cuius radicibus contuſis vtuntur medici ad ſua maledicta veſicantia cõcitanda. Qua ratione ſolent iſtiuſce pręſertim radices contuſæ coxendicum cuti adhiberi, ad tollendum ſcilicet coxendicum dolorem. Folia contuſa atq. ipſorum contuſorum, in mortario expreſſum ſuccum ſingulare medicamentum ad ſcabiem & ad ſimiles alias cutis infectiones eſſe, ſi cò cutis ſæpè in die illinatur, certa experientia deprehenſum eſt.

Clinopo-

Chinopodium Creticum.



Planta

Digitized by Google

De Clinopodio Cretico. Cap. XXV.

PLanta itidē ex Creticis ſeminibus nobis nata eſt quæ ab radice ſex, ſeptēuè, aut pluribus, aut paucioribus cauliculis dodrantalibus, veſtitur rectis, rotundis, gracilibus, foliolis ſerpilli, & magnitudine, & figura, & ordine ſimilibus, æqualibus, paruiſſimiſq. ſpacijs binis ex oppoſito ipſos cauliculos denſè veſtiētibus, inter foliola verò & caulem exeunt bini aut trini floſculi vinacei coloris, à quibus ſemina minutiſſima fiunt. Tota planta reſpirat odorē ſerpilli, ſed ſuauiorem, guſtum excalfaciens. Radix eſt longa, gracilis, lignoſa, ſine odore, & ſapore. Folia ſunt duplo minora, quam in eius imagine, quam hic damus cernantur. Qui ad nos iſtiuſce plantę ſemina miſerunt nomine ſaxiphragiæ eam plantam vocarunt, quod nimirum hæc planta eximijs viribus ad calculos in renibus, & in veſica comminuendos, prædicetur. Nobis verò viſum eſt Clinopodij antiquorum notis ſatis conuenire. Cum de Clinopodio Dioſcorides ſcripſerit: Clinopodium frutex folijs ſerpillo ſimilis, ſurculoſus, duum dodrātum altitudine, naſcitur in petroſis. Flores marrubij modo ex interuallis diſtincti ſpeciem lecti pedum præbent. Quibus quidem hanc noſtram plantam maximè accedere ad Clinopodium exiſtimauimus, ea præſertim ſimilitudine ad ſerpilli folia, maximè perſuaſi, ſi enim flores ſerpilli modo haberet, ſerperetq. per terram, vt ſerpillus ſerpilli ſpeciem illam plantā feciſſemus. Hæc planta maximè ſimilis videtur cum ſaxiphraga à nobis in primo libro deſcripta, præſertimq. in folijs, & floribus, nihilominus illa neq. alicuius odoris eſt particeps, nec eſt ſurculoſa, & humilis, vt noſtrum vocatum Clinopodium. Ex odore, & ſapore, calidæ ſiccantiſq. facultatis eſſe, haud dubium nobis eſt, & ſaltem ſupra primum exceſſum, cum tenuitate ipſius ſubſtantiæ, leuique adſtrictione, vnde ad calculoſos, & ad ſimiles alios affectus non ineptæ vtilitatis eſſe credidimus, verè tamen ipſius vſus ad medicinam nōdum deprehendimus.

In lib. 3. de materia med. cap. 91.

Digitized by Google

Rubea Argentea.



Surculo-

Digitized by Google

De Rubea argentea Cretica. Cap. XXVI.

SVrculoſam Clinopodij prædicti modo, ex Creticis ſeminibus natam perelegantem per exiguam plantam in horto habuimus totam aſpectu argenteam, ab vna radice parua longa, tenui, exili, multos ſurculos rectos, graciles, ſemidrodãtalis altitudinis, producẽtem folijs rubię ſylueſtris mollibus, paruis, oblongis, argenteis, lenibus ſimul ab eodem exortu quatuor ex oppoſito æqualibus interuallis densè ſtellarum modo, ſurculos conueſtientibus, Inter quæ Clinopodij Cretici modo pauci exileſque floſculi flaueſcentes cernuntur. Tota planta eſt inodora guſtu adſtringens. Quo haud iniuria audiuimus, eam plantam tritam ex vino dari vtiliſſimè ad quodcumque profluuium, & ſanguinis, & excrementorum cohibendum.

De trifolio Corniculato Cretico. Cap. XXVII.

EX Creticis itidem ſeminibus nomine corniculati trifolij habuimus plantam habentem cauliculos plures, longos, graciles, humi ſtratos, folijs trifolii ſeu citiſi in extremo latioribus, flore cicerculæ, ſed longè minore, luteo, in ramulorum cacumine vnico apparente, cui ſuccedit ſiliqua rotunda macropiperis craſſitie in obliquum acta, quæ continet ſemina quatuor, aut quinque parua rotunda flaueſcentia. Siliquæ ſunt dulces, piſis guſtui non diſſimiles, vnde mirum non ſit, virentes eas eſſe eſculentas, & ſummoperè illis crudis pueros veſci. Si verum tamen ſit, vt nos credimus, hanc plantam eſſe ἱεραζύνη Creticam Honorij Belli à doctiſſimo Ioanne Pona amico plurimi obſeruando in diligentiſſima ſtirpium in celebri Monte Baldo naſcentium Hiſtoria perbellè deſcripta. Quam ſanè eandem planè eſſe affirmare, auderem, modo ſiliquæ in Hierazuni imagine non latæ, ſed rotundæ & in obliquum circuli modo actæ cernerentur, quales nos ex Creta accepimus, & plantæ nobis in horto natæ protulerunt. Iſtius plantæ à nobis imaginem delineatam hic damus, quam Trifolium Corniculatũ Creticum appellauimus, ad differentiam Italici trifolii Corniculati. De iſtius plantæ viribus, atque vſibus ad medicinam, quicquam certi, haud deprehendimus.

Trifolium

Trifolium falcatum.



Huic

Digitized by Google

De Trifolio Falcato. Cap. XXVIII.

HVic plantæ trifolii Corniculati alteram trifolii itidem falcati plantam ex ſeminibus Creticis, nobis natam proponimus, quam ſtatim natam credidimus eſſe trifolium veſicarium à nobis etiam deſcribendum, ſed poſtea viſis, & caulibus, & foliis, floribus atque fructibus aliam ab ea eſſe, & multùm diuerſam eſſe deprehendimus. Hæc planta eſt admodum in radice folioſa, ſed folia humi procumbunt, quæ trifolii magni folia imitantur oblonga in extremis lata, & rotunda, aſpera, in albo nigreſcentia quæ circa exortum habent alia foliola parua trifolii modo. Fert ex radice inter folia ſurculos, plures, graciles, longos, humi ſtratos, obliquè actos, foliis inferius quinis, ſuperius verò ad flores trinis ſingulis florum cauliculis inhærentibus. Floſculi verò in ſummis cauliculis fiunt trifolio falcato ſimiles, lutei coloris à quibus ſuccedunt tres vel quatuor ſiliquæ foliaceæ, paruæ in rotundum falcis modo actæ exterius circinatæ, vnguis humani rotundi magnitudine ſimul coniunctę, ſiue vnum eundemque exortum habentes. Nititur hæc planta radicibus paruis, tenuibus: Aliqui dixerunt quoſdam pharmacopeos vti floribus, & ſeminibus pro Meliloto, cuius verò facultatis ſit, & quos vſus habeat hæc planta mihi nondum compertum eſt. Accipito ergo ſtudioſè Lector à nobis, quæ nos ſcire itidem potuimus. Numquam vſus ſtirpium experientia deprehenſos, cognitoſque ommittemus, & in quibus nulli fuere cogniti, nihil de iis dicemus, vt ſtudioſi illis, quos expreſſos fecimus, planè fidere queant.

Melilo-

De quodam Meliloto Cretico. Cap. XXIX.

NObis itidẽ ex Cretico ſemine meliloti nomine accepto planta trifoliacea nata eſt, quæ à radice gracili, longa, tenui, lignoſa, in aliquot radiculas diuiſa fert cauliculos longos, graciles, foliis viridibus, trifolii Corniculati Cretici ſimilibus ſed in longius porrectis, veſtitos, terræ ſtratos ac veluti luxuriantes in quorũ ſummitatibus fiunt bini flores lutei trifolio falcato magnitudine & figura, ſimiles, odorati, à quibus bini corniculi recti ſuccedunt flaueſcentes ſemina parua, minuta, rotũda, flaua continentes, guſtui primò ſubdulces, mox cum modico calore modice adſtringentes: Quibus quidem notis nonnullis creditum eſt hanc plantam melilotum eſſe, atque vires meliloti habere: Præſertimque quod Serapio ex ſacho Eben Amxo ſcripſerit: Alchimelech eſt herba quæ habet folia rotunda viridia, & ramuli eius ſunt ſubtiles multum & folia rara, & fructus habens vaginas ſubtiles, rotundas, ſicut virgæ puerorum paruulorum, & ſunt in eis grana pauca, glauci coloris, rotunda minora. Dubium quidem non eſt, noſtræ plantæ haſce notas meliloti haud parum conuenire, quod ſi vires etiam ex Galeno meliloti perſpectas habuerimus, ſcilicet eſſe mixtæ facultatis, ſed in eo copinſiorem eſſe calidam ſubſtantiam, quam frigidam, habereque leuem adſtrictionẽ. Quæ vires in ſeminibus iſtiuſce plantæ propoſitæ facile deprehendi poſſunt cum ſemina leuiter adſtringant & guſtù primo ſubdulcia appareant, & mox cũ manifeſto aliquo ſensù caliditatis. Ni verò hæc planta erit legitimus melilotus antiquorum poterunt tamen ſecurius ad vſum medicinæ medici iſtiuſce plantæ ſeminibus vti. Calida certè eſt ſed moderatè quidem cum adſtrictione, ſeminum facultas exindeque digerens & reſoluens. Vnde digerendo emollit decoctum ex ſeminibus paratum. Maxime commendatur ad oculorum inflamationem ſi eò oculi foueantur, ad aurium quoque dolorem, & inflammationem, ad dolorem ventris, ſtomachi, & aliarum partium decoctum ſpongia ſuſceptum mirificè iuuat. Emplaſtrum ex ſeminum farina ex aqua paratum partes induratas emollit, idcircoq. tumores duros digerit, & emollit.

In libro de ſimpli cib. c. 18.

Trifolium Veſicarium.



Abhinc

Digitized by Google

De Trifolio Veſicaria. Cap. XXX.

ABhinc multos annos nobis ex ſeminib. nata eſt planta humi late procumbens, foliis trifolio falcato vſque adeo ſimilis, vt vix ab ea primis diebus, quoad ſcilicet cauleſcat, diſtinguatur, in radice enim folioſa eſt latè foliis viridibus humi ſtrata, ferè foliorum magnitudine & figura non differens, hoc excepto, quod in hac folia albicant cum leui quadam lanugine, tresque vt plurimum, ex radice, quæ longa eſt, gracilis, exeunt cauliculi inæqualiter obliquè acti, rotundi, foliati hinc inde folium trifoliatum, cuius medium longum, latum in rotũdum declinans, cum duobus folijs paruis, & aliquando quatuor vtrimque in folii pediculo poſitis, & ſimul cum folio trifolio, exit pediculus paruus habens in cacumine tres quatuor, vel quinque, & quãdoque etiam ſex veſiculas, oblongas, paruas in extremis ad acutum deſinentes, in extremo tamquam in calice floſculos carnei coloris, proferẽtes, à quibus intus eas veſiculas, producuntur vnum vel duo, vel ad plus tria grana rotunda, parua, ſimul coniuncta tamquam folliculi rotundi, intus duo, vel tria ſemina, fœnugræci ſeminibus ſimilia, eiuſdem ferè guſtus cum quadam leui caliditate: Germina viridia, & folia ſapiunt ſaporem frigidum, ſubacidum, vnde hanc plantam inclinare ad frigidam qualitatem, & ſemina ad calidam liquidò conſtabit. Ferrãdus Imperatus ſemina iſtiuſce plantæ nomine trifolii veſicarii olim ad me miſit, ea liberalitate, qua mihi longè plura alia cõmunicauit. Ideo nomen à tanto viro impoſitum, & confirmare huic plantæ, & ſequi placuit.

Scorzonera Illirica.



Ex Illiri-

Digitized by Google

De Scorzonera Illirica. Cap. XXXI.

EX Illiria Dominicus Rizotomus detulit ad me plures plantas ſcorzoneræ admodum diuerſas,ab ijs,quæ hactenus nobis innotuerunt. Siquidem planta hæc eſt admodum folioſa adeò vt ad radicem habeat complura folia in aliquibus numero quinquaginta,& in aliquibus, vel etiam centum vſq. palmaris altitudinis quam hiſpanicæ tenuiora, trineruia, ab radice inter folia exeunt cauliculi plures numero ferè viginti folijs quadantenus longiores, tenues, graciles, recti,in quorum ſummitatibus flores aurei præ elegantes inodori ſatis hiſpanicæ ſcorzoneræ ſimiles,& calycibus præſertim quibus ſuccedunt ſemina parua,oblonga,tenuia, albicantia tritico ſimilia, quæ matureſacta cum ſuis pappis albis in aerem volant,quod eſt naturæ artificium vt ex ſeipſis ſerrantur. Planta radice nititur longa,in aliquibus,brachiali,vel etiam craſſitie viſitur,exterius nigra,lacteo ſucco turgens,interius alba guſtù dulcis,& ſuauis. Differt hæc planta ab alijs ſcorzoneris tum in folijs numeroſioribus,minoribus,& tenuioribus atq. in radice craſſiori,& nigricante. Hęc inquam,& ipſa Dragopogi eſt ſpecies,& ijſdem viribus præſtat, videtur radix tēperatè calida & ſicca, ſed putant omnes ferè habere eandem vim aduerſus morſus viperarum, atq. aliorum ſerpentum perinde atq. Hiſpanica, & in febribus malignis, & peſtilentibus nonnulli vtuntur aqua ſtillaticia,eam in potu exhibentes, & ad vermes in pueris. Sed dicam ingenuè me ſæpè in febribus malignis ægrotis ſine vllo vtilitatis fructù, dediſſe. Vnde ego ſemper credidi ſolam ſcorzoneram hiſpanicam ex proprietate illius ſoli, in quo primò inuenta eſt, & viuit nanciſci eam facultatem alexiteriam, quæ ijs auxilio eſt qui ab ijs ſerpentibus demorſi ſunt, & non in quibuſuis alijs locis natis. Quare cum errore medici plures & aqua ſtillatitia, & radicis vsū affectant in febribus peſtilētibus,& in demorſis à ſerpētibus venenatis,cū omnes aliç ſcorzonere ſint expertes facultatis alexiterię,& alexipharmacæ.

Ebenus,

Ebenus Cretica.



Creſcit

Digitized by Google

De Ebeno Cretica. Cap. XXXII.

CReſcit in Cretæ inſulę multis locis montanis ſiccis & aſperis arbuſcula fruticoſa elegantiſſima tota argentea, folijs & floribus cytiſo ſimilis. In qua ab radice ſtipes aſſurgit rectus, tricubitalis, & amplior, argentei coloris, à quo plures rami exeunt ſurſum ex obliquo in rectum acti, folijs cytiſi ſed longioribus, & tenuioribus in acutū deſinētibus, trinis ſimul iunctis, totis cādidis. In sūmitate verò cauliū flos viſitur, rotūdus flori pratenſis trifolij figura, & magnitudine quā ſimilis coloris purpurei, & in aliquibus carnei ex multis floſculis cytiſi florum ęmulis, congeſtus, qui circumquaq. intermixtos habet quoſdam villos albos tenuiſſimos veluti ſericeos, quorum mixtione ex rubro colore flos redditur longè viſui elegantior. Radix iſtius plantæ eſt longa, gracilis, lignoſa, nigra, bifida. Hæc planta fuit deſcripta ex Honorio Bello à doctiſſimo Ioanne Pona mihi amicitiæ vinculo coniunctiſſimo in ſuo Baldo. Tametſi ego plantis exoticis Creticis primum librum dederim, nihilominus eo libro abſoluto, nō ommittendas alias Creticas plātas, quæ poſtea mihi innotuerūt, optimū duxi, quarū numero preſens hæc deſcripta inter elegantiores, & nobiliores comprehendenda, mihi viſa eſt, de qua egi, poſteaquam, & planta, quā in fictili plures annos ſeruaui hoc anno eleganter floruit, & ſiccatam integram ſtirpem nomine Ebeni Creticæ ab amico ex Creta accepi. Hanc cytiſum eſſe vt Bellus exiſtimauit ex Dioſcoride non videtur poſſe affirmari qui expreſſit cytiſum folia habere fænugræci, aut loti trifoliæ, ſed noſtri ebeni folia cum fænugræco nullam ſimilitudinem habent cū ea lata ſint & hæc tenuia in acutum deſinentia, addo Dioſcoridem ſubiunxiſſe Cytiſi folia trita erucam olere, & guſtata recens cicer ſapere. Quo odore, & guſtù cum hæc noſtra planta planè careat. quis quęſo poterit affirmare cytiſum eſſe? Non negamus tamen in multis cum Cytiſo conuenire, quippè in fruticoſa figura, in foliorum numero, & quadantenus figura, & ſi ſint tenuiora, acutiora atq. minora, in floſculis quibus magnus

flos

Digitized by Google

flos rotundus congeritur, & in ligni materia dura, intus nigro colore infecta. Quo vero hanc ſtirpium genere quis comprehendet, Crediderim ego ipſam ab Ebeno fruticoſa Theophraſti non abhorrere, cum ligni materia dura, & nigra

In lib. 4. de hiſtor. plãt. c. 5. ſit atque Cytiſo ſit ſimilis de qua ſtirpe Theophraſtus inquit naſci in Grecia, & eſſe fruticoſam Cytiſi modo, & de Cytiſo etiam tradidit; eſſe Ebeno ſimilem, & fruticoſam vt Cytiſus

In lib. 9. de hiſtor. plãt. c. 5. & habere medullam ſpiſſam & nigram vt Ebenus, quare hæc planta vel erit Ebenus vilior, quæ naſcitur in Græcia, vel Cytiſus Theophraſti Ebeno ſimilis. Non patitur noſtrum hyemale frigus, ſed in Hypochauſtis hyemali tempore commodè conſeruatur. Nihil virium iſtiuſce plantæ, & vſuum ad medicinam certi deprehenſum eſt.

Iacea

Digitized by Google

Iacea maxima.



Digitized by Google

De Iacea maxima. Cap. XXXIII.

PRoximis diebus dum hæc ſcriberem accipio à Ioāne Baptiſta Aliyſio Bergomenſi pharmacopeo illuſtri ramum cuiuſdam plantæ Hieroſolimitanę, ex ſeminibus ſcilicet ex Hyeroſolima delatis illi natæ. Hæc vero planta in ſuo horto nata ab radice tulit caules ſex quinq, cubitos altos rectos, ſcabros, ad imum densè foliatos à quorum medietate hinc inde ſurculi plures recti, graciles, rotundi exeunt, in quorum ſummitatibus producuntur calyces parui cyani magnitudine atque figura è quibus exeunt flores lutei cnici floribus ſimiles, quibus in calycibus ſuccedunt ſemina centaurij maioris ſeminibus proxima, ſapo ris leuiter amari. Planta propè radicem, & in caulium infernis partibus admodum eſt perfoliata; Folia vero helenij folijs ſimilia videntur, ſed minora quædā reuoluta in ſeipſis quaſi luxuriantia, lanuginoſa, & quadantenus mollia cuiuſuis odoris expertia, non ſine leui amaritudine. Fortaſsè inter carduos hæc planta erit recenſenda, quod radix eius viſa ſit longa craſſa in tenuitatem deſinens, quibuſdā pauculis radiculis fibroſis referta, colore alba, cinnaræ radici omnino ſimilis, atq. nō minus etiam guſtu vt Ioannes Baptiſta Aliyſius ſe obſeruaſſe me ſuis litteris commonitum fecit. Hactenus vero aliquis vſus nobis non innotuit, & potiſſimum an ſit eſculenta.

Scordotis.



Digitized by Google

De Scardoti. Cap. XXXIV.

ABhinc annos viginti plantam in meo horto ex ſeminibus ex Creta ab Illuſtriſſimo fęliciſſimæ recordationis Hieronymo Capello, mihi ſcordotis nomine communicatis, natam alui, quæ marrubij aut mentaſtri folia habebat craſſa, tomentoſa, albicantia, allij odorem reſpirātia feruidi guſtus etenim ab radice parua oblonga craſſa, carnoſa, nigra rapunculi æmula, quippè magnitudine & figura ſurculi tres vel quatuor aſſurgunt longi, quadranguli humi ferè procūbentes obliquè ac īæqualibus interuallis foliis ex oppoſito binis mētaſtri magnitudine & figura, veſtiti, in quorum ſummitatibus flores cernuntur quadantenus albi marrubio ſimiles in quadam veluti ſpica ſimul cōgeſti, quibus nigra ſemina rotunda minuta ſuccedunt tota planta candida eſt & allii odorem reſpirat. Bellus credidit hanc plantam eſſe nouam, nihilominus Ioſephus de caſa bona & alii non pauci ante ipſum eam cognouerunt, & Hyeronymus Capellus vir Illuſtriſſimus abhinc annos ſupra viginti ad me ſemina ex Creta miſit, eamque plantam cògnouerat, Quid vero hæc planta ſit facilè innotuit, ſcilicet ſcor-
In libro 25. hiſto. natu. c. 5. dium alterum Plinii quam ſtirpem ſcordotim priuatim appellauit de qua ita ſcripſit: Alteram leuem ſcordotim ſiue ſcordium ipſius manu adſcriptā, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramoſum quercus ſimilitudine, foliis lanuginoſis. Reperitur in Pōto campis pinguibus, humidiſque guſtus amari, eſt & alterius generis latioribus foliis mentaſtro ſimilis. Plurimoſque vtraque ad vſus per ſe & inter alia in antidotis; Hæc Plinius vtraque ſcordii ab odore allii ſpecies nobis innoteſcit. Alteram vero ſcordium, ſcordotim vocauit eſſe vero hanc noſtram ſcordotim ſcordii ſpeciem quadātenus etiam ex facie, ſed maximè ex viribus & vſibus ad medicinam atque ex odore allii cōiicitur, Plinius Scorodoti eoſdē ferè ad medendū vſus tribuiſſe viſus eſt, quos Græci Scordio tribuerunt. Nobis iſtiuſce plantæ figuram affabrè delineatam nobis Doctiſſimus Pona in ſuo Baldo dedit. Tota planta calida, &

ſicca


ſicca facultate eſt cum leui adſtrictione acris, & ſubamarecens; vnde detergit, aperit, & roborat. De qua planta hos ſingulares vſus expreſſit, primum ad ſerpentum morſus ictuſue herba ex vino pota, & illita, eundem ſanè vſum Dioſcorides ſcordio tribuit. Ad facilē excreationem atque ad tuſſim commendatur mixto naſturtio, & reſina cum melle, tuſa arida, ſuccus ſtomachum roborat: Ventrem ſiſtit ſcordotis recentis drachma ex vino trita, vel decocta pota: Purgat itidem vlcera cum melle, Mouet efficacius menſes, & ſudorem potù, & illita, & ſucci drachma ex hydromelle, partum accellerat. Hi ſunt particulares vſus ad medendum, qui ijdem videntur cum ijs, quos de Scordio Dioſcorides nobis tradidit.

In li.25. hiſt. nat. cap.8.
In li.26. cap.5.
Cap.6.
Cap.8.
Cap.14.
Cap.15.

Stæbe

Digitized by Google

Stæbe plantaginis folio.



Ex Cre-

Digitized by Google

De Stabe plantaginis folio. *Cap. XXXV.*

EX Creticis ſeminibus mihi nata eſt planta Chondrilacei generis ni fallor, folijs multis plātagini tenuifolio magnitudine, & figura ſimilibus, humi ſtratis, craſſis, colore viridi in luteum ſaporis inſipidi in orbem in terra actis, molibus, fragilibuſque ex quibus cauliculi ſemidrodantales teneri, graciles, aſſurgunt in quorum ſummitatibus pro calycibus capitula parua, oblongaque cernuntur è quibus floſculi ex toto lutei exeunt, à quibus ſemina parua ſuccedunt, oblonga, ſcabioſæ haud diſſimilia. Hæc vero planta nititur radice parua digiti minoris craſſitie in tenue deſinente multis fibroſis capillamentis veſtita, alba, molli, tenera, guſtù inſipido. Vnde ad frigidam facultatem hanc plantam inclinare haud dubium erit, atque etiam ex notis foliorum, caulium, florum, atq. radicis cichoraceorum genere cōprehendi. Hæc planta mihi primum viſa eſt ſeſamoides paruū Mattheoli, ſed tamen ea parcius planta magis conſiderata, atque etiam vt credidit Nicolaus Contarenus, quem honoris cauſa ſemper nominaui in plantarum cognitione exercitatiſſimus nullo pacto cum Seſamoide eam poſſe conuenire cognoui. Iconem iſtiuſce plantæ quem hic damus prædicto Contareno acceptum tulimus.

Marum

Marù Creticum.



Ex ſe-

Digitized by Google

De Maru Cretico. Cap. XXXVI.

EX ſeminibus ex Creta delatis ſæpe mihi nata eſt planta, quæ multos annos in horto medico vixit, floruit, & ſemina produxit: Surculoſa eſt, creſcitque palmi altitudine foliolis paruis, minutis candicantibus, ſapore acutis, maximè odoratis, fertque à radice lignoſa, gracili, parua, ſurculos plures, rectos, rotundos, tenues, lignoſos, qui ab radice vſque in ſummitates ferunt ex oppoſito ex interuallis binos ramulos folijs binis vtrinque ex oppoſito densè veſtitos. In cacumine vero floſculi purpurei origani heracleotici modo admodum odoratis. Iſtiuſce verò plantulæ ſemina nomine Mari Cretici accepimus, & ex notis legitimum marum eſſe credidimus, cuius plãtæ notas præcipuas expreſſit Dioſcorides, ita inquiẽs Marum herba cognita vulgò ſurculoſa, flore origani, folijs multò candidioribus, flore odoratiore, quæ notæ omnes huic noſtræ plantæ maxime conueniunt, Ex Galeno vero conſtat hanc plantam ſimilem eſſe ſampſucho, ſed ea planta eſſe candidiorem, foliaq. habere minutiora, cãdidiora, totamque plantam cum floribus eſſe amaraco odoratiorem, vnde vſum habebat apud antiquos ad vnguenta odorata. Neque audiendi ſunt qui marum eſſe amaracum, noſtris maioranam vocatum, atque ob id caput de maro ab aliquibus additum fuiſſe, etenim Galenus in libro primo de antidotis in hedycroi compoſitione apertè profert in Italia marum raram eſſe plãtam, numquamque in Italia eam vidiſſe niſi ex Creta inſula aduectam, Amaracum vero ſponte in Italia naſcẽtem ſe conſpexiſſe. Nos vero qui, vtrumq. ſampſuchi genus, vulgus vocat maioranam, & maiorem, & minorem in multis locis Italię ſcimus prouenire affirmamus tãtummodo in Creta Inſula Marum ſponte naſcentem vidiſſe, & puto Lobelium, & Penam per Syriacum Marum noſtrum Creticum intellexiſſe, cum ab ipſis ea Mari Syriaci imago data omnibus ferè notis, cum noſtro conuenire viſa ſit. Plinius meminit duo mari genera ſcilicet lydium & Aegyptium, Inquit enim: In Aegypto naſcitur & Marum peius quod lydium

In lib. 4. de mat. med. c. 40

In 1. de antidot.

In li. 12. hiſt. nat. cap. 24.

diū, maioribus folijs, ac variis, illa breuia, minuta, & odorata. Numquam in Aegypto Marum inibi prouenientem videre potuimus, niſi per Marum eam ſtirpem Plinius intelligi voluerit, quam nos in libro de plantis Aegypti nomine Zatarēdi pictam dedimus, cuius folijs ſiccis cum pane pro obſonio origani modo Aegyptii veſcuntur. Auderem affirmare lydiū (quod Plinius expreſſit habere folia breuia, minuta, & odorata) eſſe vnam eandemque plantam cum Cretico maro, Galenus fatetur, & ipſe ſe hanc plantam vidiſſe in Aſia prouenientem. Certe non video huic Cretico Maro eſſe præferendum lydium, vel alibi in Aſia prouenientem cum creticum odoratius eſſe & gratius ita, vt ampliùs, & odoratiùs, & gratiùs eſſe nequeat. Igitur hanc noſtram plātam marum eſſe legitimum antiquorum affirmare non dubitarem, quod in hac planta omnes mari antiquorum notæ eluceant cum, ſampſucoque magnam habeat ſimilitudinem a qua plāta ipſum diſtinguit, odor ſuauior & validior, & ſapor acris, & feruidus, cum ſampſuchus non acris, ſed amarus, vt Galenus expreſſit, exiſtat. Quò etiam dicemus ipſum eſſe valde calidū & ſiccum, quippè ſupra ſecundum exceſſum, vnde decoctum & florum, & foliorum vrinam efficaciùs mouet, & menſes in mulieribus, ad venena per os aſſumptum eſt efficax vnde in antidotis vsū habuit, & Dioſcor. meritò ipſum viribus ſiſymbrio comparauit & in hoc non rectè dixiſſe poſtea viſus eſt, qui dixit modice calefacere, quod ex ipſius acrimonia longè calidius eſſe oportet: Inquit illitum ſuccum ſerpentia vlcera ſiſtere.

Saxi-

Saxiphraga altera.




De Saxiphraga altera. Cap. XXXVII.

EX Creticis ſeminibus mihi nata eſt planta ſurculoſa ab vna radice aſſurgens multis ſurculis longitudinis drodantalis, tenuiſſimis ex interuallis geniculatis, ex quorum ſingulis geniculis vtrimq. ex oppoſito bina foliola exeunt tenuiſſima longa in acutum admodum deſinentia, garyophylli minimi folijs proxima, ſed minora tamen, & tenuiora, tunicæ minimæ verius ſimilia, aut ſola, aut vna cum ramulis binis tenuiſſimis ex ijſdem ſurculorum geniculis itidem prodeuntibus, in ſummitatibus vero floſculi purpurei paruis caryophillis non diſſimiles emicant, & in ſurculorum cymis paruarum ferè vmbellarũ modo, atq. nõ in ſurculorũ ramulorum ſummitatibus à quibus ſemen minutum nigricans ſuccedit; Tota planta eſt inodora guſtù tamen modice adſtringit, ſiccat abſq. vlla amaritudine, vel acrimonia, eodem modo ſe habet iſtiuſce plantæ radix quæ longa eſt in acutum deſinens, lignoſa, vtrimque demittens aliquot radiculas longas, tenues, fibroſas per latum in terræ ſuperficie actas, quæ eiuſdem ſanè ſaporis ſunt. Qui hãc plantam ad me ſeminibus ex Creta Inſula communicarunt, dixerunt ſaxiphragam inibi ex vi quam habet ad mouendam vrinam ex renum calculis impeditam, appellari, Ideoque ad calculos in renibus comminuendos, & radicis, & totius plantæ puluis ex vino albo, vel ex totius plantæ decocto parato eſt vtiliſſima; Naſcitur in locis aridis, & ſqualidis.

Galium

Galium Montanum alterum.



Eſt al-

Digitized by Google

De Galio altero montano. *Cap. XXXVIII.*

EST altera galij montani planta ſurculos plures lõgos, tenues, quadrangulos ex interuallis geniculos ab vna radice tenui, longa, dura, lignoſa, alba, in plures radiculas longas diuiſa, proferens, ſurculi verò ex multis interuallis in geniculis habent duo, aut tria foliola parua, oblonga tenuia in extremis latiuſcula colore viridi nigreſcente, in ſummitatibus ſurculorum floſculi cernuntur albicantes, cymam ſurculi, ſpicę modo conueſtientes, non odorati, ſapore ſubadſtringentes, & ſiccãtes. Vſus vero iſtiuſce ſtirpis mihi ignoti ſunt.

Digitized by Google

Canapis lutea Cretica ex Ioanne Pona.



Doctiſſi-

Digitized by Google

De Canapi lutea Cretica. Cap. XL.

DOctiſſimus Ioannes Pona Veronenſis in ſuo elegantiſſimo Baldo ex Honorio Bello luteæ vocatæ plantæ, & imaginem affabrè delineatam, & deſcriptionem dedit, qui ita habet, lutea Cretica maxima planta eſt pulcherrima neminique cognita ea enim vno tantum hoc loco inuenitur, qui vocatur ἐρίσθεσμμα tertio ab vrbe lapide inter mōtes naſcitur in aquis, & locis humentibus, ibi etiam viculus quidam è fonte ſcaturit, qui per anguſtam vallem diſcurit, in quo inuenitur, & etiã iuxta eius ripas: an alibi naſcatur, ignoro, Radicem maximam profert, lignoſam in multas partes diuiſam, craſſo & luteo cortice veſtitã: Stolones plures ab vna radice naſcuntur, brachiali craſſitudine quinq. ſex vſque ad decẽ cubita attollũtur, qui hyeme pereũt: folia fert magna pinnata ex folijs multis magnis conſtãtia, lõgis, ſerratis, vt cannabis, vnũ contra aliud, ſed non ordinatim, vt illud quod in fine eſt, non vnico, ſed ex duobus aut tribus à natura formatum eſt ſtolones ſeſquicubitũ abſq. folijs nudi cernuntur, & prima folia maiora ſunt abſque pediculis, trunco inhærent non ordinatè, vnum contra aliud ſed abſq. ordine vndiq. truncum ambiunt, & folia ſenſim pediculos mniores acquirunt, ita vt eorum quæ in medio caule ſunt pediculi ſpitamam longitudine ſuperent: trunci pars ſuperna in maximam ſpicam deſinit, duos & amplius cubitos longam, quibuſdam vaſculis longis & anguſtis denſiſq. conflatam, ſimilibus eis, quos rheſeda vulgaris profert tenuiſſimo longiuſculoq. ſemine plenis ad ruffum tendente flores minimi in viridi palleſcunt, ramos non profert, ſed in cauitatibus alarum ſcilicet vbi pediculi foliorum ſinguli trunco iunguntur duo aut tres, quatuorue ſpicæ abſq. pediculis naſcuntur, eiſdem vaſculis confectæ cubitum longæ quibuſdam foliolis anguſtis vt linariæ, digitum longis vndiq. veſtiuntur, in ſemiarumq. flectuntur, quemadmodum, & ea quæ in cuſpide eſt, aliquantulum flectitur eiſdemque foliolis anguſtis, ſed maioribus ornatur, ſpicarum color fuluus cernitur, at folium, viridis

dis, & ſplendens parte ſuperna eſt procul intuentibus canabis planta videtur. Tota herba, & radix ita amara eſt, vt aloen & colocynthidem (meo iudicio) amaritudine ſuperet. Colore luteo inficit autumno, ideo lutea vocaui, antiquis ignotam puto, & nemini adhuc cognitam: Planta hæc inuenta fuit à Syluestro Todeſchini pharmacopæo plantarum cognitione peritiſſimo, qui eam mihi primus oſtendit. Hæc Pona ex Bello, Quibus quidem credendum eſt, & deſcriptionem, & imaginem nobis expreſſam fuiſſe ſtirpis antiquæ quandoquidem in planta vnum, vel alterum annum nata neque ea radicis craſſitudo quam fortaſsè longo tempore radix contrahit neque ſtolonum numerus, cum hoc tempore vnicaulis ſit, obſeruatur.

Digitized by Google

Cannabis lutea fertilis Contareni.



Cum

Digitized by Google

CVm vero in horto Nicolai Contareni Patritij Veneti illuſtriſſimi bimæ duæ luteæ plantę alantur, in quibus vir ille in ſtirpium cognitione maximè eruditus plura ſcitù digna de iſtac planta obſeruauerit, & ad nos duas ipſius ſtirpis imagines delineatas, ſcilicet ſterilis, & fertilis ab ipſo vocatæ miſerit, haud iniucundu m Botanicæ facultatis ſtudioſis fore credidimus, ſi nos ex ipſius viri nobiliſſimi relatione iſtiuſce plantæ hiſtoriam acuratè conſcriberemus, quod libenter nunc facimus, & primum denuo illiuſce plantæ deſcriptionem hic quaſi repetentes, ſed prius iſtiuſce plantæ præmiſſa diſtinctione, quod quædam ſit ſterilis, & quædam fertilis, atque hanc ferre cum floribus pro fructù vaſcula parua Reſedæ ſimilia ſemine minuto oblongo ad ruffum inclinante, atque illam vt ſupradictus Contarenus obſeruauit ſolummodo floſculos paruos canabis floribus ſimiles, quibus nulli fructus, vel ſemina ſuccedunt. Hæc vero planta primis annis arborem videtur imitari, quoniam ab radice vnum fert veluti caudicem craſſitie ferè brachiali in ſuperna parte vt arbores, ramoſum, hinc inde plures ramos producentem, atque inferius ad radicem per quoddam interuallum, tum ramis, tum folijs caudicum arborum modo nudum. In Creta Inſula caudicem longitudine à ſex cubitibus ad decem vſque excreſcere auctor eſt Pona, & hic in ſolo Patauino ipſum ſex ad pedes vſque auctum obſeruatum eſt in bimo, fortaſsè ſi vixerit diù altiores caules proferet, Itaque talis eſt iſtiuſce plantæ caulis caudicíſue bimi, & craſſities, & altitudo. Nudus verò ferè eſt ad medietatem in parte inferna, ramoſus vero vſque in cacumen cernitur, innumeris quidem ramis abſque ordine densè exeuntibus, ſurſum quaſi in orbem, vel melius in pyramidem actis ſingulis veluti in longas ſpicas deſinentibus folijs primum canabinis, & poſtea vſque in cacumina tenuibus paruis in acutum deſinentibus linariæ ſimilibus vtrinque ex oppoſito binis densè ramos conueſtientibus inter quæ floſculi multi exigui in ſterili planta ad luteum vireſcentes veluti in ſpica cubitum longa, ligno densè inhæreſcentes canabinis floſculis per ſimiles cernuntur.

Digitized by Google

Canabis Lutea ſterilis Contareni.




Digitized by Google

In fertili vero florũ loco vaſcula Rheſedę ſimilia floſculos virides per exiles admodũ ſuperferẽtia inter folia eodem modo quo floſculi in ſterilis ramulis, ſed cum ſuis pediculis denſè in ſpica longa inhæreſcunt. De folijs verò primis quæ ſuis longis pediculis ex caudicibus non ex ramis exeunt canabinis ſimiles eſſe dicimus vtpotè tũ figura tum magnitudine. Quæ ſuo cuique longo pediculo aut tria numero ſunt,(ſcilicet ex oppoſito bina, atque in extremo vnum quæ primo anno in planta nullis petiolis cauli coniungũtur, ſed alijs annis ſuccedẽtibus, ſuos petiolos,quibus ſuo pediculo inhærent,nanciſcũtur) aut quinque aut ſeptem numero cernuntur ſuis petiolis pediculis ex oppoſito vtrinque bina,ſingula poſita cum vno folio in extremo pediculi: Sunt vero omnia circum laciniata figura magnitudineque canabis ſimilia viridia in luteum declinantia, lucida. Folia vero quæ ſecundo in ramis cernũtur linariæ proxima apparent,vt dictum eſt, rami,caudexq; cortice craſſo cõueſtiuntur, viſcido,non facile fragili vt cãnabis,luteſcentis coloris,eximiæ amaritudinis,vnde tota planta cannabi mari ſimilis videatur qua ſimilitudine perſuaſus Illuſtriſs. Contarenus canabim luteam appellauit, radice nititur hæc planta bima, tenui in multas radices lõgas,tenueſque diuiſa,In annoſa verò ſtirpe fortaſſe craſſam magnamque contrahit vt in icone, & deſcriptione luteæ à Pona ex Bello,nobis data cernitur, Radix verò longè amarior eſt quam ſint aliæ iſtiuſce plantæ partes, Nulli tamen vſus vel ad medicinam vel ad alias artes nobis innotuerunt. Ad pleniorem iſtiuſce plantæ cognitionem etiam imaginẽ nobis ex Pona datam hic dare voluimus vt differentiæ inter hanc,& Contarenam interſtinctæ dignoſcantur,nos quoque quaſdam plantas ex Creticis ſeminibus hoc anno terræ commiſſis natas in fictilibus alimus quę cum hucuſque parum creuerint,paruæque idcirco ſunt vix palmum vel parũ plus altæ cũ folijs numero ſeptem,vtrimque tria ex oppoſito, cum folio in extremo quod reliquis maioribus duplo maius cernitur, Itaque cum hæ ſtirpes paruæ ſint,vt non potuerim quicquam de ijs, quæ in propoſita iſtiuſce ſtirpis hiſtoria dicta ſunt, recognoſcere. Ideo hanc figuram ex Pona conſpiciendam admittimus.

Tythimalus

Tithymalus Spinoſus Creticus.



Ex ſemi-


Digitized by Google

De Tithimalo ſpinoſo. *Cap. XL.*

EX ſeminibus mihi ex Creta Inſula communicatis nata eſt planta dodrantalis parua Tythimalorum ex genere primo anno ſuę ætatis ramulis, & folijs apios Græcorum maximè æmulatur, & eò magis conſtat quoniam radice nititur in principio craſſa, tuberoſa, ſed longa in acutum, & exile deſinente non abſimili apios radici. Anno vero ſecundo ramuli breues, tenues, dodrantales in cymis ramificant, & in crucium modum ramulorum extrema diuiduntur, & deſinunt in ſpinulas tenues, acutas. Aeſtate foliola ramuli abijciunt, quo ſpinulæ duriores, & nigræ euadunt, quæ autumno planta noua germina producente corrumpuntur, & ſponte decidunt. Certum eſt totam plantam lacteo ſucco acri abundare, & non carere facultate purgatoria.

Digitized by Google

Oenanthe Stellata Cretica.




Planta

De Oenanthe ſtellata Cretica. *Cap. XLI.*

PLanta olim mihi ex Creticis ſeminibus nata eſt Oenanthe alterę Mattheoli quam ſimilima, & poſt multos annos caulem vnicum promit rectum, rotundum, dodrantalem, non admodum craſſum qui in ſummitate in quinque ramulos diuiditur, graciles itidem rectos, rectèque actos qui vmbellam albam Oenanthes modo producunt, quæ vmbellæ poſt flores mutantur, veluti in quinque ſtellas habentes octo,& quandoq. plures radios,longos,latos,acutos,ſcilicet in acutum deſinentes, & in medio ſunt flores paruuli in orbem comprehenſi,qui poſtea indureſcunt, & mutantur in ſemina parua, oblonga, tenuia, ſcabioſæ indicæ ſimilia ſimul compacta, & duriſſima, atq. ex ſtellæ maturitate nigræ redduntur, folia cernuntur cuiuſmodi ſunt Oenanthes ſecundæ ſed pauciora, & maiora in verè viſuntur, & æſtate maturis ſeminibus decidunt, & tota hyeme nos ſub terram latent, Verèque planta regerminat. Tota planta nititur ſex ſeptemue radicibus longis,craſſis,carnoſis,in acutum deſinentibus,ab eodem principio proficiſcentibus quā proximis vulgari filipendulæ,aut radicibus aſphodeli,ſed minoribus tamen,Capita in ſummitate cauliculorum primo colore vireſcunt cum nigrore,& tandem vbi ſemina perfecta fuerint nigra euadunt,& lignoſa, & dura, Auderem affirmare hanc plantam eſſe legitimam Oenanthē, cuius notas Dioſcorides perbellè ita expreſſit:dicens:Oenanthe folia habet paſtinacæ florem candidum, caulem craſſum, palmi altitudine, ſemen attriplicis, radicem magnam in multa rotunda capitula extuberantem, naſcitur in petris: Caulis eius, & folia cum mulſo vino pota ſecundas eijciunt: Radix è vino vrinæ ſtillicidio conuenit.

In lib. 3. de mate. med. cap. 115.

Trifolium Clipeatum argenteum.



Elegan-


Digitized by Google

De Trifolio Clipeato Argenteo. Cap. XLII.

ELegantiſſima planta parua humi procumbens ac ferè ſtrata trifolio pratenſi ſimilis mihi ex ſeminibus Creticis nata eſt, quam habui in horto medico Patauino, & habeo flore argenteo inodoro, ſapore modicè acri, à quibus floribus (qui ſinguli ramulo plures ſimul congeſti veluti caput efficiunt argenteum) ſuccedūt ſemina nigra, oblōga, lata, tenuia, foliacea, quæ ſemina maximè figura ad antiquos clipeos Venetos accedere videntur. Planta eſt annua, & æſtate ſemina perficiuntur, & facilè naſcuntur in ſolo Patauino, modice flores, folia, & ſemina calfaciunt, ſiccant, detergunt & digerunt, & decoctum ex ijs omnibus paratum valenter digeret dolores, & à flatibus obortos ſanat.

Digitized by Google

Caucalis Luſitanica.



Planta

Digitized by Google

De Caucalide luſitanica. Cap. XLIII.

PLanta vmbellifera mihi ex ſeminibus luſitanicis nata eſt quæ folia rara habet, & vulgaris noſtræ caucalidis floribus figura ſimilia. Caulem vnicũ habet qui in alios multos ramulos finditur rectũ cubitalem, & ampliorem, rotundum, gracilem qui in cauliculorum ſummitatibus fert vmbellas albas à quibus ſemina lata rotunda producuntur, alba, proxima ſeminibus tordilij Cretici, aliquantum linguam excalfacientia, & odoris modicũ reſpirantia. Semina idcirco excalfaciunt ad ordinem ſupra ſecundum. Certe ex ijs omnibus liquidò nobis conſtabit hanc caucalidem è luſitania acceptam non reſpondere ex toto caucalidi antiquorum, vt ex notis caucalidis ex Dioſcoride conſtat qui ita ait: Caucalis, quam alij ſylueſtrem daucum vocãt, cauliculo dodrantali aut maiore cõſtat ſubhirſuto folijs apio ſimilibus feniculi modo per extrema, multifidis hiſpidiſq. candidam in cacumine vmbellam ſuauiter olentem proferens, Crudũ coctumue olerum modo eſtur, vrinã mouet. At longe clarius cognoſcitur non eſſe legitimum caucalidem antiquorum, & nec vel etiam ex particularibus viribus, etenim Galenus etiam cõparauit caucalidem viribus calfactorijs ad daucum, qui ita habet: Caucalis, quidam daucum ſylueſtrẽ nuncupant, eſt enim ei adſimilis, guſtũ ſimul ac viribus: excalfacit enim, vt ille & deſiccat, tum vrinam ciet, & muria ad repoſitionem conditur, Verumtamen non erit viribus ſpernenda noſtra caucalis. Viuit libenter in noſtro Horto Medico.

In lib. 2. de mate. med. cap. 132.

In lib. 7. ſimpl.

Echium

Echium nigrum flore eleganti.



Etiam

Digitized by Google

De Echio flore eleganti. Cap. XLIV.

ETiam nata eſt in noſtro horto, Echij elegãtiſſima ſpecies quam ex floribus,colorũ varietate, Echiũ nigrum flore eleganti nuncupauimus. Planta eſt procera ferẽs quinq. caules, & plures etiam craſſos,rotundos,non in rectum,ſed oblique actos,& quaſi in terra ſtratos folijs multis denſis, oblongis in acutum deſinentibus,veſtitos,aſperos,ſpinulis acutis vndiq.armatos, & folia,& fructus eodem modo ſpinulis prædit iſunt,in ramulorum ſummitatibus flores viſuntur haud ita parui, vt in alijs anchuſis,lõgi,verſicolores,ita ut quidam ex floribus purpureſcant, alij cyaneo colore dilutiori cernantur, flores figura ad paruas campanulas accedunt, ſed ora hiantia habent ac ex ijs ſingulis quatuor aut quinq. fillamenta tenuiſſima promunt, parum odoris reſpirant, folia ſapore dulci ſubacri ſapiunt, à floribus in ramulis numeroſis ac ſimul denſatis fiunt ſemina in quibuſdam vaſculis oblongis,nigro colore, & figura viperinis capitibus ſimilia,vnde à nobis hęc planta Echium ex ſeminibus Echinis, nigris, nigrum nuncupatum eſt flore eleganti: Nititur tota planta vnica radice oblonga pollicari craſſitie,in tenuitatem deſinente,colore albo guſtũ eodem.

Iacea Hiſpanica.



Elegan-

Digitized by Google

De Iacea Hiſpanica. *Cap. XLV.*

ELegantiſſima planta Iaceæ Hiſpanicæ nomine mihi nata eſt, ex ſeminibus Anglicis, quæ ad me miſit Doctiſſimus Ioannes Morus philoſophus, & Medicus Illuſtris. Hæc planta vere Iacea nuncupata eſt cum, & folijs, & floribus, & caulibus ex toto Iaceæ vulgari ſit ſimilis. Flores vero ad flores cyani maxime accedunt, & magnitudine, & figura, & colore etenim colore albeſcunt in cæruleum, & veluti radios elegantiſſimos habet. Planta annua eſt, & ſapore amareſcit, quo non eſt expers facultatis calidæ.

Digitized by Google

Hedyſarum argenteum.



Inter

Digitized by Google

De Hedyſaro argenteo. Cap. XLVI.

INter varia Hediſari, ſecuridacæue genera, vnũ
Creticum argenteum eſt maxime ab herba-
rijs commendatum argenteis floribus orna-
tum, elegantiſſimoque florum candore, plã-
ta cernitur, quæ eſt fruticoſa, foliaq. habet cõ-
plura ciceris ſimilia, & flores argenteos trifo-
lijs proximos multos in cauliculorũ cacumine ſimul conge-
ſtos parum olentes, guſtù ſubdulci amareſcente, à floribus cor
nicula tenuia ſuccedunt in quibus ſunt ſemina parua rotun-
da; procul dubio hæc planta Hedyſarum maxime æmulatur In lib. 5.
à Dioſcoride deſcriptum, hiſce profectò verbis inquiente: He- de mate.
dyſarum, quod vnguentarij pelezinum, ideſt ſecuridacã vocãt med. cap.
frutex eſt, folijs ciceris, ſemen ruffum in ſiliquis fert cornicu- 124.
lorum modo aduncis, quod ancipitem ſecurim ęmulatur, vn
de nomen accepit, amarum guſtù, ſtomacho vtile in potù, ad-
ditur in antidota, naſcitur in ſegetibus, & hordeis; Galenus In 6. ſ. m.
addidit amarum, & ſub acerbum apparet, quamobrem potũ pl.
gratum eſt ſtomacho, & viſcerum obſtructiones expurgat.
Veram ſecuridicam deſcriptam nos alimus in horto Patauì-
no, quæ planta noſtro hedyſaro eſt amarior, & calidior, Folia
noſtri hedyſari cum ſint ſubamara, & ſubacerba cum ſubdul
cia, grata ſunt ſtomacho, & ſunt eſculẽta. Planta eſt perpetua,
& numquam vel etiam hyeme folijs ſe expoliat.

Digitized by Google

Marrubium Hiſpanicum.



Marrubij


Digitized by Google

De Marrubio Hiſpanico. Cap. XLVII.

MArrubij plantam ex Hiſpaniæ delatis ſeminibus natam habui à Reuerendo fratre Georgio Regiano Capucino in ſtudio herbarum admodum exercitato, quæ furticoſa tota candida eſt, cum leui lanugine alba, & caules aliquot profert quadratos cubitales, & ampliores obliquè actos. Folia habet oblonga, alba, lata, in acutũ deſinentia duplo maiora Cretici marrubij, & ex oppoſito in caulibus æqualibus interſtitijs poſita candida, ſubhirſuta. Flores æqualibus ſpatijs itidem in caulibus, & ramulis cernũtur verticillato ambitù candidi, à quibus ſemina parua producuntur tenuia, oblonga, ſapore amaro, ſubacri. Tota planta nititur radicibus tenuibus, longis, lignoſis, multis, Facultatibus calfactorijs, & non inſtrenue ſiccantibus tota planta prædita eſt, præſertim flores ſemina atque folia, quæ non minus amareſcit, quam Creticum ferè marrubium. Vnde ſingulares vſus ad medendum obtinuit præſertimque ad hepar & lienem grauibus antiquiſſimis obſtructionibus vexatos, eodẽ modo folia purgant pectus atque pulmones à craſſis viſcidiſque humoribus. Vnde ad tuſſim antiquam ad difficilem reſpirationem decoctum foliorum ex melle præſentaneo eſt remedio, non minus etiam in mulieribus menſes ſuppreſſos, reſtituit, Succus vero ex ſaccharo ad viſus claritatem commendatur.

Siſum.

Siſum.



Ab hinc

Digitized by Google

De Siſo. *Cap. XLVIII.*

AB hinc plures annos Ferrandus Imperatus Neapolitanus vir ſanè in ſimplicium medicamentorum cognitione illuſtris, ad me miſit ſemina paruiſſima apio ſimilia, nigra, odorata, guſtui ſubamareſcentia, quibus in meo horto Patauino ſatis,mihi nata eſt planta quam ſimilima ſed longè minor quæ vnicum caulem bicubitalem protulit, rectum, gracilem, rotundum,geniculatum folia capillacea fęniculo ſimilia odorata, quippè odore ad fęniculum, & ad anethum inclinantia. In caulium cacumine vmbellæ paruæ raræ,floſculis albis prędítæ, & etiam ferè ex ſingulis geniculis exeunt ramuli inſummitate etiam paruiſſimas vmbellas ferrentes in quibus defloreſcentibus fiunt ſemina nigra,paruiſſima,oblonga, odorata, cuiuſmodi diximus,& ſubamareſcētia.Tota nititur plāta radice lōga, alba,gracili odorata anetho proxima. Aliquibus viris alioquin in herbarum ſtudio exercitatiſſimis viſum fuit hanc plantā eſſe legitimū ſeſeli maſſilienſe. Quæ tamen opinio(pace illorū dixerim)mihi viſa eſt à veritate aliena, cū Dioſcor.de Seſeli maſſilienſe protulerit habere folia fęniculi, ſed craſſiora, caulem vegetiorem, & vmbellas anethi,in qua ſemen oblongum,anguloſum,guſtui ſtatim acre, quæ de noſtra planta non ſpectantur,ſi quidem folia ſunt fœniculi tenuiora, itemq. caulem fœniculo eſſe ſtrigoſiorem tenuioremuè, & vmbellā itidem anethi eſſe longè minorem rarioremq. & noſtræ ſtirpis ſemina non acria ſed ſubamareſcentia experiantur. Quibus fieri quidem non poteſt vt Seſeli Maſſilienſe ſit, quid igitur erit? vt opinor Siſon, ſi quidem Dioſcorides de eo ita ſcribit: Siſon exiguum ſemen eſt, in Syria natum apio ſimile, nigrum,feruens oblongum, ſed Galenus de eo inquit Siſon calidum & ſubamarum guſtù. Commendatur verò ad mouendam vrinam & ad mouendos menſes, & ad omnes viſcerum obſtructiones.

In lib. 3. de materia medi. cap. 53.

Buphtalmum

Buphtalmum peregrinum.



Etiam

De Buphtalmo Peregrino. *Cap. XLIX.*

ETiam ex Ferrante Imperato miſſa fuerunt ſemina
quibus nata mihi eſt planta elegantiſſima ob flo-
res aureos oculis adprimè iucundos, quæ peren-
nis eſt, hyemiſq. frigora ſpernit, florereq. incipit
Verè,& tota æſtate,& vſq. etiam in hyeme floret.
Fruticat hæc planta multis caulibus rectis, rotundis, gracili-
bus,ſed ab vna radice obliquè actis denſis, tricubitalibus colo-
re viridi nigreſcente. Folia plura habet quadantenus fœnicu-
lo ſimilia, iucundo virore oculos delectantia, in cauliculis
verò flores cernuntur aurei coloris fulgeſcentis duplo anthe-
midis maiores, à quibus fiunt ſemina parua,oblonga, tenuia,
nigra, Radices ſubſunt longæ,graciles,ſubnigreſcentes.Impe
ratus nomine buphtalmi ad me ea ſemina miſit, itaut vir ille
doctiſſimus hanc ſtirpem eſſe legitimum Buphtalmum cre-
diderit,& mea ſententia rectè ſanè ſenſiſſe viſus ſit, quam An-
dreas Matthiolus de ſuo Buphtalmo ſenſerit, cum ſuum Bu-
phtalmum non habeat folia fœniculi vt ait Dioſcorides,neque
caules molles cum potius aſperi ſentiantur, neq. flores anthe
mide appareant maiores. Vnde cum Imperato facilè inclina-
ti ſumus vt hæc noſtra planta legitimum ſit Buphtalmum,de In 6. ſim-
qua Galenus perbelle ita ſcripſit: Buphtalmum ſic appellatũ pl.
eſt à floribus,qui figura quidem bouum oculis videantur ad-
ſimiles, colores autem anthemidis floribus ſimilimi ſunt, ſed
multo illis tum maiores, tum acriores, proinde & vehemen-
tius digerunt adeo vt & durities ſanent,etiam cerato miſti.

Quinque folium ſiliquoſum.



Ex Sy-

Digitized by Google

De Quinque folio ſiliquoſo. Cap. L.

EX Syriacis ſeminibus mihi nata eſt plantula elegātiſſima in qua licet admirari ſummum naturę artificium. Primo hæc planta herbacea vnicum cauliculum ſemicubitalem fert, qui in alios videlicet in duos vel tres diuiditur, eſt rotundus, rectus, gracilis, mollis totus à principio ad cacumen vſq. foliolis denſis conueſtitus, inferne poſita folia maiora cernuntur, & quinq. numero vt in lupinis cum ſuis petiolis, & longis, & breuiſſimis in parte ſuperiori foliola ſunt trifolia, cum petiolis breuiſſimis densè caulem conueſtientia, in cacumine cauliculorum primò quaſi vmbellæ modo ſexdecim ramuli quaſi petioli longi, equales, in quibus ſingulis feruntur alij quatuor aut quinq. petioli æquales ferentes ſinguli floſculos ſingulos vnifolios, paruos, latos, oblongos, atq. albos, leuiter olentes, eorum petioli iterum, aliqui vbi defloruerint, ad hunc producuntur, & quatuor vel quinq. alios petiolos tenuiſſimos veluti capillamenta adhuc ferunt, à quibus ſiliquæ oblongę rotūdæ, habentes extrema in acutum deſinentia, in quibus continentur ſemina nigra, rotunda, minutiſſima, quæ non ſunt expertia alicuius facultatis calidæ, ſed nondum aliquis quicquā certi de iſtiuſce plantæ facultatibus, & de vſibus ad medicinā opportunis. Plāta eſt fertiliſſima quoniam ſemper per totam æſtatem flores augentur, vnde ſiliquæ innumeræ fiunt ad fæcunditatem. Annua eſt, nihil tamen ab hyemali frigore patitur, etſi etiam ſemina autumno terræ committantur, ſubſequentibus frigoribus hyemalibus.

Digitized by Google

Hyoſciamus Virginianus.



Ab hinc

Digitized by Google

De Hyoſciamo Virginiano. Cap. LI.

AB hinc annos duos mihi nata eſt planta ex ſeminibus nomine Lyſimachię Virginianæ ad me miſſis à Ioanne Moro medico, & philoſopho anglo eruditiſſimo. Quæ planta fert caulem craſſum, rotundum, veluti ſtrijs actum, rectum, non durũ, bicubitalem, & tricubitalem, qui poſtea paulò ſupra radicem profert duos alios, aut tres caules parum primo minores, bicubitales, rectos, rotundos, fere ad craſſitiem digiti minoris, folijs multis, longis, non tenuibus, extrema acuminata habentibus, atque circum leuiter crenatis, & ambitum inequalẽ poſſidentibus caulibus inordinate ab imo ad cacumen vſq. inhærentibus, Ex ſingulis verò alarum foliorum cauis exibat petiolus digitali longitudine ferè rotundus, gracilis, mollis, qui in cacumine fert florem luteum quadrifolium leucoijs ſimilem, ſed maiorem in medio illius exeunt multa capillamenta tenuia, lutea, quibus deflореſcentibus ſuccedũt ſiliquæ paruæ, craſſæ, oblongę, in extremis tenuiores, & in medio craſſiores quæ matureſcẽtes induteſcunt, & circum ſtrijs aguntur, colore viridis dilutioris figura, & magnitudine ad hyoſciami albi ſiliquas non parum inclinant: ad ſaporem ſubdulcem accedentes & inodorę etiam ſunt. Tota planta nititur radice craſſa in multis diuiſa craſſa alba, & abſq. odore & ſapore. Credidi ego hanc plantam eſſe hyoſciamum nigrum Verginiæ familiarem, folia enim ſiliquæ, & ſemina hyoſciamo Aegyptio à nobis deſcripto ad hyoſciamum accedunt, ad quem ſemina magnitudine, & colore maximè accedunt, & ex ſapore inſipido ſubdulci conijcitur eſſe frigidioris temperamenti, cuiuſmodi eſt Italicus hyoſciamus.

Bellis

Digitized by Google

Bellis Spinoſa.



Accepi

Digitized by Google


De Bellide ſpinoſa. *Cap. LII.*

ACcepi à Ferrando Imperato nomine Bellidis ſpinoſæ ſemina quibus terrę commiſſis nata eſt mihi planta elegantiſſima floribus ex toto aureis. Tota planta eſt fruticoſa, habetque à radicibus multis, gracilibus, lignoſis, caules plures, rectos, graciles, ramoſos folijs multis oblongis, ſpinulis crenarum loco in ambitù armatis, paruis, oblongis ad myrti folia accedentibus. In cauliculorum ſummitatibus fiunt flores toti lutei, lati, rotundi ad modum anthemidis nudi folijs, quibus ſuccedunt ſemina paruiſſima, oblonga, mollia, & nigra. De facultatibus, & vſibus nihil hactenus cognitum eſt.

Meum

Digitized by Google

Meum Alexiterium.



Raguſio

De Meo Alexiterio. Cap. LIII.

RAguſio miſſa eſt mihi planta Mei nomine à Franciſco Craſſo philoſopho clariſſimo, medicoque doctiſſimo, Patritio Raguſino, ſcripſitq. ad me Raguſij appellari à vulgo, herba dalle Serpi, ab alijs vero eruditioribus Meum vocari neque (vt mea fert opinio) immeritò quoniam notas legitimi Mei haud iniuria habere videtur, ſi quidem maximè cum anetho conuenire apparet: quod codices fideliores omnes habēt, etenim Meum ſimile anetho eſſe, & non aniſo vt legit Plinius & ipsū ſecutus M. Virgilius, omnes ferè etiam Græci legunt *ἀνήθῳ*, & non *ἀνίσῳ* ſimile eſſe vt aliqui perperam voluiſſe viſi ſunt, At præter græcos ſcriptores Serapio Dioſcoridis tranſcriptor fideliſſimus aperte inquit Meum habere folia, & caulem ſimilem anethi folijs, & cauli, vndè doctores raguſei, merito hanc plantam Meum eſſe, exiſtimarunt, Planta ſanè aſſurgit caule cubitali, & ampliori, rotundo, geniculato, viridi, vt anethum non minus craſſo, fert vmbellas paruas floribus paruis, candidis, à quibus ſuccedunt, ſemina minutiſſima, oblonga, odorata, & linguam excalfaciētia, ex nodis verò ſingulis exeunt cauliculi parui cum vmbellis, Planta autem nititur tota radice lōga, gracili, digiti minoris craſſitie, alba, in radices aliquot, in radicis extremo diuiſa, eſt odorata, atque acris. Habeo in horto medico plantam huic ſimillimam, quam reperi in Montibus Baſſanenſibus, & alias eam pro Meo accepi, & ſi radix eſſet, & odoratior, & acrior, certè affirmaſſem eſſe Meum legitimū antiquorū, quod de Raguſino Meo audeboaffirmare, quando notæ ex Dioſcoride maximè eluceant, qui inquit: Meum, qu od Athamanticum vocant in Macedonia, & Hiſpania plurimum gignitur, anetho folijs, & caule, ſimile, ſed eo craſſius binum fermè cubitorum altitudine attollitur, ſparſis in obliquum rectumque radicibus longis, tenuibus, odoratis, linguam excalefacientibus. Quæ feruæfactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem precluſorum renum, veſicæque infarctæ vitia potù leniunt, vrinæ difficultatis medentur, ſtomachi inflatio- In 1. lib. de re med. c. 3.

nes diſcutiunt: Torminibus affectæ vuluæ, articulorum doloribus atq. fluxionibus pectoris trita cum melle in eclegmate auxiliantur, ſanguinem per menſtrua pellunt de ſectionibus feruefactæ, Infantibus autem illitæ imo ventri vrinam mouent, quod ſi plus quam deceat ex his bibatur, caput dolore afficiunt: Non video Meum Raguſinum habere tãtum odorem, & acrimoniam, vt Dioſcorides dixiſſe viſus eſt de acrimonia, cum dicat: vrinam mouere eſſeque ex eo vreticam plantam; ſed Raguſinum præſertim eius radicem potam vel aſſumptas cuiuslibet ſerpentis morſui, atque veneno valenter obſiſtit, vnde ad omnes morſus venenoſos ſerpentum ſit efficaciſſimum medicamentum, quò merito dicta herba ſerpentum, ego vero Meum Alexiterium idcircò nuncupatus ſum.

Sio

Sium minimum.



Digitized by Google

De Sio Minimo. Cap. LIV.

EX ſeminibus ex aliquibus Italiæ locis delatis primo,nata mihi eſt herbula fruticoſa,mollis, quam poſtea in Maroſticenſe agro in locis vmbroſis, humidis, ſpontè natam offendimus, nondum ab alijs, quod ſciam alias deſcriptam. Herbula pedalis, & aliquando amplior fruticat recto caule folijs erucæ ſylueſtris proximis minoribus tamen ex vna parte crenatis, colore nigreſcentibus. Ex caule vero plures ramuli exeunt,in quibus,vt in ſylueſtri eruca vtrimque ex oppoſito multæ ſiliquę, paruæ,tenues,longæ,erucæ ſylueſtris proximę,aut eryſimi ſecũdi cernuntur,& ſemina habent minuta alba,quæ continuò nata maturitatē perfectā, planta tota ea ſemina è ſiliquis eiaculatur, & eadē ſemina eiaculata in orbem vt in caltha ,vertuntur. Mirabile dictū eſt, ſi aliquis manu ipſa ſemina perfectè matura comprehendere tentauerit, continuò inſtar animalis indignati, ſemina omnia magno impetù continuò in manum, plantam comprehendentem, & in faciem eiaculantur, non modò ſanè diſſimili vt in ciclamino fructus maturi ſemina itidem eiaculantur,& in ea etiam planta, quam idcirco nonnulli, nolli me tangere, nominarunt. At certè longè admirabilius videtur quod nos ſæpè conſpeximus , ſcilicet iſtanc herbulam habētem in tectis ſemina matura, ſi manus alicuius, qui fingendo ipſam velle attingere propius accedat, etſi verè quidem non attingat ,omnium ſcilicet , quarum ſemina matura, magno impetù eiaculari in hominem, atq. ita, vt multis ea repentina,cum ſiliquarum apertione, tum ſeminum eiaculatione,non leuem inducat timorem. Quibus profectò dubitari poſſet , an hæc planta ad Aeſchinomenem vocatam tantoperè olim ab Apollodoro Magno cōcelebratam, quadantenus accedat , at conſtat illam ab aliquo animali tactam folia in ſe contrahere: De qua antiquitas an animal eſſet meritò dubitauit : Hanc vero veluti indignabundam ſemina in illos qui ipſam attingere vel etiam confingunt vt animal indignatum magno impetú eiaculari hæc ex ſubacri ſapore

non

non iniucundoque folia præſertim cruda in acetarijs ſunt acceptiſſima. Calida eſt, & ſicca ſupra ſecundum ordinem, humores craſſos incidit, extenuatque, aperit, digerit. Vrinam ſemina mouent, & foliorum vſus venerem auget, & deperditam reſtituit. Annua eſt ſed tamen ſuis ſeminibus ſuam prolem, vbique locorum fœliciter propagando perpetuitatem nanciſcitur, præſertim in loco humido, & opaco in quo libentiùs luxuriat. Viſitur in horto Patauino.

Arum

Digitized by Google

Arum Montanum.



Proximis

Digitized by Google

De Aro Montano. Cap. LV.

PRoximis diebus in quibus egimus de Colocaſijs à Dominico Zanetto noſtro familiari rizotomo Ari (vt ait) radices aliquot quas in proximarum Alpium vigum, vmbroſis conuallibus effoſit figura, radiculis fibroſis, & in alijs prorſus paruis colocaſijs ſtrogylorizis per ſimiles, & etiam in magnitudine tanta numquam ab alijs hactenus ſcriptoribus botanicis delineatis. Quæ Ari radices hæ omnes (vt poſtea vidimus) ſexſeptemuè ad plus folia producebant ampla, longis pediculis prædita ad perſonatia, quam Ari vulgaris magis accedentia, elegantioriſq. viriditatis, interquæ caulis exibat rectus dodrantalis, craſſitie ferè digiti minoris cum inuolucro Ari vaginæ ſimili, ſed longiori, & latiori cum flore Ari & fructibus, ſed longè minoribus, ſed vt ad radicem redeam vti diximus rotunda eſt, & in germen ad acutum declinans exterius tenui acte tegitur ad obſcurum fulueſcente intus candida eximiæ acrimoniæ, exterius etiam quoſdam globulos paruos inæqualiter per totam ſuperficiem ſparſos habet qui ſuo tempore germinant non ſecus quam in colocaſijs atq. etiam radiculæ paruæ, longæ, fibroſæ albæq. denſius circum in ſuperiori parte inæqualiter ortæ inferius delabentes cernuntur. Quibus omnibus paruis colocaſijs rotundis maxime ſimiles apparent. Fortè hæc planta ad magnam Arum Dioſcoridis, & Theophraſti accedere nobis viſa eſt, ſiquidem ex Dioſcoride Arum habet radicem bulboſam rotundam radici dracunculi ſimilem liquido conſtat Theophraſtuſq. expreſſit Ari radicē (In lib. I. de hiſto. plāt. c. 10.) eſſe carnoſam vt ſeta, & folia cucumeracea, & cum latitudine habere cauitatem inquitque ruſticos ipſas coctas edere. Certè mirari ſatis non poſſum ex multis qui hactenus de plātis ſcripſerunt, nobis huiſmodi arum quod legitimum antiquorum nullis reclamantibus uotis viſitur, neminem propoſuiſſe, cognouiſſeque ac præſertim ipſius radicem magnam atq. craſſam. Naſcitur, (rizotomo affirmante) in alpium proximarum iugum in oppacis conuallibus his profectò radicibus.

bus decoctis Montani veſcuntur: ex coctura eæ radices, etſi crudæ immoderatius linguam mordicent, tota acrimonia exuuntur adeòque in decoctis ijs radicibus acrimonia remittitur vt Montani meritò edere queant. Quibus ad cibum vtuntur eò duntaxat tempore in quo ciborum inopia vexantur. Non tamen omnes, quod eæ plurimum ſint medicamentoſæ, Vnde paſtores ea Montana habitantes ad multas ægritudines eas radices edere ſolent præcipueque ad antiquas viſcerum obſtructiones ex aceto decoctas, & ex melle ad tuſſim antiquam, orthopneam, & ad reſpirationem quouiſmodo impeditam, atque ad mouendam vrinam. Radix itidem cocta in vterum peſsi modo indita ipſum purgat, & ipſius morbis frigidis remedio eſt, atque etiam ex vino decocta datur ad venerem augendam in refrigeratis, & proli inhabilibus, Exterius vero adhibita cum cruda, tum ex aceto decocta vtilis eſt ad cutis infectiones, ad vlcera ſordida, & canceroſa. Mulieres vtuntur aqua ſtillatitia ex radice ad faciem maculis detergendam. Oleum amigdalinum, & dulce, & amarum in quo prædicta radix ebullierit eſt vtiliſsimum ad neruorum contuſiones, & ad partes articulares confractas expertum.

Glaux

Digitized by Google

Glaux.



Digitized by Google

De Glauce. Cap. LVI.


IN locis maritimis paluſtribus iuxta Clodium Venetorum vrbem, naſcitur planta elegans fruticoſa ab vna radice longa, tenui, lignoſa, in aliquot alias diuiſa plures ramulos caulesuè ferrens ſcilicet ternos, aut quinos longos dodrantales, & ampliores, graciles ſurſum in aere obliquè actos, folijs æqualibus ferè interuallis raris ſimul ab eodem exortù quinis, veſtitos, ſtellarum modo cytiſo ſimilibus ſed longioribus, & tenuioribus supernè virentibus, infernè candidis non abſque leui quadam lanugine candida. Ramuli vero hinc inde raro interuallo plures tenues & breues ſurculos promunt ijſdem folijs ſed dēſius veſtitos, in quorum cacuminibus flores ſimul ab eodem exortù quaterni aut quini, aut terni quaſi vmbellæ modo ſimul congeſti ad coluteæ ſcorpioides Creticæ, & magnitudine, & figura, & colore albicante in carneum inclinante, à quibus techæ breues rotundæ paruæ ſuccedunt tria, quatuor, aut quinque, continentes ſemina minuta, rotunda, dura, inſipida, ad ſubdulce inclinantia, dubitari vero poſſet à nobis de caulium altitudine quando Dioſcorides dixerit eſſe dodrantales, & noſtræ glauces ſint longè altiores adeò vt aliquando altitudine & cubitali, & amplius attollantur. Verum putamus id poſſe ex ſoli varietate prouenire vt in noſtro glauce in horto olim à me inſerto, vidimus primis annis ex terra dura macra, paruiſſimam habuiſſe magnitudinem, ſed poſterius iſtanc plantam adoleuiſſe fuit obſeruatum. Folia & flores non ſunt expertes alicuius caliditatis, & odoris. Atq. hæc eſt iſtius plantæ hiſtoria ex qua multis in plantarum ſtudio exercitatis haud abſurdum videbitur, ſi eam glaucem vel ad ipſam glaucem maxime accedere dixerimus. Melchior Guilandinus, præceptor meus numque ſatis laudatus etiam hanc plantam hoc nomine vocabat. Dioſcorides etiam hanc plantam pro glauce hiſce verbis deſcripſiſſe maxime viſus eſt, inquit enim Glaux cytiſo aut lenticulæ folijs ſimilis, quæ ſupernè virent auerſaque candidiora ſpectantur. Ramuli exiliunt quini, ſeniue, tenues ab radices.

Digitized by Google

dice dodrantem alti, flores violæ albæ purpurei exeunt, minores tamen. Naſcitur iuxta mare, coquitur cum hordeacea farina ſale, & oleo in ſorbitione ad reuocandam extincti lactis vbertatem, Galenus propterea hanc plantam eſſe calidam, & humidam ſtatuit. An vero noſtra glaux hanc facultatem lactis augendi habeat, nondum experti ſumus.

Digitized by Google

Campanula Pyramidalis minor.



Elegan-

Digitized by Google

De Campanula pyramidali minore. Cap. LVII.

ELegantiſſima planta naſcitur in Valle ſanctæ Fidatæ propè Baſſanũ oppidum duobus milliaribus in locis opacis & humidis (quam plãtam vt ſciam) non vidi ab aliquo fuiſſe deſcriptam, neq. alibi eam vidi naſcentem. Ab radice tres vel quatuor, vel plures etiam caules aſſurgũt bicubitales, & etiam ampliores, recti, graciles, rotũdi ex quibus hinc inde ramuli multi aſcendunt infernè longi, supernè breues, ita vt ſeruato æquali ordine in ijs ramulis, quaſi pyramis cum ramulis floribuſq. appareat, vnde nos campanulam pyramidalem minorem nominauimus, ad differentiã pyramidalis vulgatæ herbariorũ, quod hæc campanula longe noſtra amplior ſit, Ex ſummitatibus verò ramulorum flores propendent innumeri, qui paruis campanulis ſunt ſimiles colore aut candido, aut cœruleo dilutiori: Hæque campanulæ ſunt cum ſuis paruulis rhodopalis (tanto artificio à natura elaboratæ, vt vix artifex peritiſſimus ita perbellè eas faceret) deorſum propendentes, figura florum, qui in vulgaribus rapunculis ſpectantur, ſed paulo maiores, colore vt etiam dictum eſt aut candido aut cœruleo dilutiori, ſuauiter olentes. Hæc ſtirps infernè iuxtà terram admodum eſt folioſa. Folia verò ſpectantur longa, viridia, inferius latiuſcula, & in acutum deſinentiã, magnitudine, & figura quaſi ad rapunculos accedentia, vel ad intybi ſylueſtris folium longè tamen breuius, extrinſece vndique circinata, ſupernè verò in planta longè minora ac tenuiora cernuntur ſingulaq. ad ſinguli ramuli in caule exortũ habentia. Radix autem iſti uſce plantæ eſt pergrandis, craſſa, breuis, nucis iuglandis longæ ferè magnitudine, & figura licet quædam ſint longiores in acutum deſinentes, colore albo ferè translucido ad rapunculi itidem radicem maximè inclinãtes ſapor verò inſipidus viſcidus obſeruatus eſt attamen nõ auſus ſum exactius maſticatione experiri ne latens quædam facultas deleteria ſubeſſet, Namque ſuſpicati ſumus plantam eſſe venenoſam, & fortaſſe ad Aconitum folio intybaceo

Theo-

Theophraſti accedentem at numquam experimentum fecimus. Si radix eſſet eſculenta in omnibus ad rapunculos inclinare dixiſſemus cum & caulibus, & folijs, & floribus & ſeminibus minutiſſimis, & radicibus magnam habeant ſimilitudinem: De aconito (cui facultate venenoſa eam plantam ſimilem eſſe dubitauimus) Theopraſtus ita ſcripſit: Aconitum naſcitur in Creta zacyntho ſed plurimum optimumque in heraclea pontica. Conſtat id folio intybaceo, radice tum ſpecie, tum colore nuci proxima. Vim illam mortiferam in hac eſſe, folium, & fructum nihil nocere affirmant, Verum tamē cum Theophraſtus addiderit, aconitum eſſe herbam breuē frumento ſimilem, propterea hæc noſtra campanula pyramidalis illud aconitum non erit. Negandum tamen haud eſt, eſſe pulcherrimam plantam, tum ob innumeras pro floribus campanulas quas profert, odoratiſſimas coloris argentei, aut cærulei dilutioris. Stirps perennis eſt, & quò annoſior, eò radices habet numeroſiores, & craſſiores. Quiſque in horto medico videre poterit.

In lib. 9. de hiſtor. plāt. c. 16.

Rapunculus

Digitized by Google

Rapunculus Petreus.



Naſcitur

Digitized by Google

De Rapunculo petreo. Cap. LVIII.

NAſcitur planta ſatis elegãs propè Baſſanum in agro Maroſticenſi vix à Brenta flumine vix tertia parte milliaris diſtante in colle lapideo ſeptentrioni expoſito, radice rapunculi alba, cimis ſaxorum infixa, vt propterea magno labore eruatur vixq. integra, quæ radix inquam eſt oblonga, digiti minoris craſſitie carnoſa, alba, rapunculo maximè ſimilis, ſapore dulci ſubacri vnde in acetarijs rapunculi modo, (vt audio) eſt ſatis accepta guſtui. Ab radice folia complura fert longis ſuis pediculis gracilibus inhærentia, hederæ folijs carnoſis quam proxima, minora tamen, longiora, magiſque in acutum deſinentia, tenuiora, colore viridi nigreſcentia, è foliorum medio duo aut tres ſurculi graciles, duri, gracillimi, longi, recti, rotundi, dodrantales cum paruis foliolis longis, tenuibus, vtrinq. vnis alternatis cum ſuis petiolis in caule poſitis. In cauliculorum cacumine capitulum paruum, rotundum, aut oblongum extuberat, floſculis compluribus cœruleis in ipſum vndiq. congeſtis, inodoris, quibus ſuccedunt ſemina minutiſſima, rotunda, colore fulueſcentia papaueris ſimilia: Nos vero ex radice rapũculi magnitudine, figura, & colore albo, & guſtu rapunculum petreum (quod in ſaxorum fixuris naſcatur) appellauimus non niſiq. proueniat in locis petroſis. Nonnulli inter ſaxiphragas hanc plantam referendam voluerunt neq. iniuria, cum radices lapides frangere videatur. Quid verò de viribus iſtius plãtæ cognitum ſit, fateor me non cognouiſſe. Altera ex prædicto rapunculo petræo, ſtirps etiam prouenit, à priori differens folijs tenuioribus tum floribus forma non rotunda, ſed oblõga. Folia etenim iſtius plantæ longa viſuntur in acutum deſinentia, & ad laurina quadantenus accedentia.

FINIS.

A 91 11,55857

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. 105.

Digitized by Google